(4
scb.

Digitized by Google

70

Digitized by Google

# SANCTUS HILARIUS
## PICTAVORUM EPISCOPUS
## FELTRIO EREPTUS
*IN CONTROVERSIA*

DE PIORUM IN SINU ABRAHÆ ANTE CHRISTI MORTEM BEATITUDINE.

VENETIIS,
MDCCLXV.

Apud ANTONIUM GRAZIOSI.
*SUPERIORUM PERMISSU.*

Digitized by Google

Digitized by Google

# DISSERTATIO.

1. CUm primum Feltrinianam adſpexi Diſſertationem de mente S. Hilarii Pictavorum in Gallia Epiſcopi circa Piorum in ſinu Abrahæ beatitudinem ante Chriſti mortem, ſi verum fateri licet, difficillimum, ne dicam impoſſibile, mihi viſum eſt poſſe S. Doctorem in communem ſententiam pertrahere: nam ex una parte locupletiſſima mihi occurrerunt teſtimonia, quæ prima fronte copiam videndi Deum clare, & intuitive Sanctis Veteris Teſtamenti concedere videbantur: ex alia parte teſtimonia, quæ a Theologis communis ſententiæ aſſertoribus afferuntur, ita a laudato viro explicari comperiebam, ut non ſolum eis minime favere, ſed officere potius arbitrarer. Aſt cum illam iterum, atque iterum legi, accurateque, ac ſedulo conſideravi, Hilarii auctoritatibus eam non ſubeſſe notionem, quam ipſis Feltrius affingit, aperte, ac manifeſte deprehendi. Hinc quamquam nec ingenio, nec Sapientia cum Feltrio ſim comparandus, quamquam in operibus S. Doctoris valde ille verſatus ſit (nam num. 1. *ex tot Sanctiſſimis Eccleſiæ Patribus* illum *maxime ſe delegiſſe, & in deliciis habuiſſe* teſtatur) ex adverſo vix primis labiis ejus ego doctrinam delibaverim: nihilominus conſilium in me ortum eſt Feltrinianam Diſſertationem confutandi, demonſtrandique ipſum doctiſſimi Pictavorum Magiſtri ſententiam hac in re affectum non eſſe. Omnem poro meam diſputationem duas in partes tribuam. 1. Hilarii teſtimonia, quæ communis ſententiæ defenſores commendant, a Feltrii interpretationibus ſatagam vindicare: oſtendam 2. teſtimonia ejuſdem Hilarii, quæ in ſuæ aſſertionis ſubſidium Feltrius accerſit, eum non præſeferre ſenſum, quem ipſe contendit.

2. Exordium itaque ducam ex Epiſtola, quæ ſub Hilarii nomine anno 1751. primum edita fuit a Viro Cl. Joanne Trombelli inter Veterum PP. opuſcula Tom. II. Par. I. quoniam hæc a Feltrio primum oppugnatur. Hujus igitur Epiſtolæ num. 6. hæc leguntur ver-

74



ba: *Reſeratis inferis, & ſpretis, conculcatiſque omnibus his, quæ in perniciem hominis, & ſalutem apud inferos tunc valebant, omnes juſtos, & ſperantes in ſe illuminavit, & ad ſuperos revocavit: oſtendens diabolo, & poteſtatibus hujus mundi, & harum tenebrarum nequitiam eorum non valuiſſe: ipſos manere in pœnis liberato, cui invidebant, homine.... In cœlum invexit, Deo Patri liberatum hominem offerens munus.*

3. Bifariam hocce teſtimonium eludere Feltrius attentat: ait enim primo, nihil eum movere teſtimonium ex ea Epiſtola deſumptum: cum ſatis ſuperque ipſe demonſtraverit edita Romæ paulo ante Diſſertatione libellum illum, ſive Epiſtolam eſſe Hilario abjudicandam.

4. Omiſſo tamen hoc reſponſionis genere, illud modo ponit Hilarii eam eſſe germanum opus. Aſt ſive illius contextum conſideremus, ſive eam conferamus cum aliis Pictavienſis Epiſcopi teſtimoniis manifeſte conſtabit eas Epiſtolæ locutiones nullo modo favere noſtræ interpretationi nec accipiendas eſſe de jucundiſſimo Dei adſpectu, quem tunc primum tribuerit Chriſtus Sanctis in inferis quieſcentibus; ſed vel de jure ad reſurrectionem, immortalemque in cœlis vitam una cum corpore, quod jus ſuo illis ſanguine comparavit Dei Filius, vel de ipſa corporum ad vitam reſtitutione, quam ſuo ad inferos deſcenſu illorum plurimis largitus eſt. Rem ſerio expendamus tum ex immediate ante poſitis verbis, tum ex iis, quæ ſequuntur. Præmiſerat porro Auctor hæc verba: *In noviſſimo per mortem hominis immortalis moriebatur, ut ſublata mortalitate hominibus immortalitatem donaret.. Suſpenſus igitur ligno .... ad mortem voluntate properabat., futurus ſcilicet mortis mors: namque reſeratis* &c. Atqui *immortalitatem hominibus donare, ſublata mortalitate* &c. phraſes ſunt, loquendique formulæ, quæ per ſe eum non habent ſenſum, qui ſignificat copiam alicui facere videndi Deum; ſed potius carnis vincere corruptionem, & reſurgendi impertiri munus; præſertim ſi res ad alia Hilarii teſtimonia deducatur, ex cujus ſententia *mortem devincere*, ſeu, *mortis obtundere aculeum* eſt immortalem alicui vitam donare, & a quo Sanctiſſimo Epiſcopo corporum ad vitam reſtitutio princeps veluti mortis Chriſti effectus deſcribitur, ut parag. 18. & 40. ſuæ Diſſertationis oſtendiſſe Feltrius arbitratur. Quæ ergo præmittuntur verba nihil prorſus habent de jucundiſſimo Dei adſpectu, quo Chriſto ad inferos proficiſcente potitæ primum fuerint animæ Sanctorum in ſinu Abrahæ diverſantes; ſed eo unice ſpectant, ut carnis immortalitatem per Dei Filium hominibus partam nobis ſignificent. Atqui, quæ ex eadem Epiſtola opponimus verba, immediatam ad præmiſſa habent relationem, & nexum: continent enim præmiſſorum rationem, eiſque per adverbium *namque* conjunguntur; ergo & iſta ad glorioſam corporum reſurrectionem ſunt referenda.

5. Id

5. Id etiam maxime conſtare putat, ſi ad ea, quæ ſequuntur, attendamus. Mox enim additur: *Triumphans igitur homo cum Deo, jam devicta morte, non mortalis jam ad ſuperos evadebat.* En iterum locutionem illam, *devicta morte*, tum etiam illud, *non mortalis*, quod de homine nonniſi ratione carnis dici vere poteſt. Hæc deinde ſubſequuntur: *Hoc ſcilicet docens, quia cum Deo quiſquis ſe conjunxerit, mori videri poteſt, non poteſt interire.* Interitus autem, cujus hic meminit Auctor, idem eſt, ac corruptio, ut præclare nos monet Doctiſſ. Trombelli in hanc Epiſt. nota 129. Sed corruptioni opponitur carnis immortalitas, non vero divinæ eſſentiæ communicatio: docuit ergo Epiſtolæ Auctor Sanctos interire non poſſe ex eo, quod a carnis corruptione Chriſtus eos vindicaverit per carnis immortalitatem illis comparatam. Tandem pergit Epiſtolæ Auctor: *Parum videbatur ad ſupplicium inimicorum factum, ſi, extincto inimico, vitam homini dediſſet, & non adderet claritatem. Et ut diabolo, & angelis ejus pœna major accederet, cum triumpho hominem, qui carnem habebat jam non morituram, in cœlum Angelis, & poteſtatibus ſanctis monſtraturus invexit, Deo Patri liberatum hominem offerens munus.* Illud autem, *hominem, qui carnem habebat jam non morituram, in cœlum invexit*, liquido demonſtrat de corporis immortalitate per glorioſam reſurrectionem ſermonem ibi fieri ſive ad indigitandum reſurrectionis jus illud, quod nobis ſua morte acquiſivit Chriſtus; ſive ad ſignificandam corporum reſurrectionem revera tunc temporis ſanctis conceſſam; ſive demum veroſimilius ad indicandam humanam Chriſti naturam ad Patris dexteram in cœlis collocatam ſecundum id, quod Patres docent, ac inter cæteros Cyprianus in lib. de Idolorum vanitate. *Tunc in cœlum circumfuſa nube ſublatus eſt, ut hominem, quem dilexit, quem induit, quem a morte protexit, ad Patrem* victor *imponeret*: Hilarius quoque alibi, nempe in Matth. c. 3. num. 2. *Expectatum Deo Patri munus, hominem, quem aſſumpſerat* (hoc eſt humanam naturam, quæ ex anima conſtat, & corpore) *reportavit:* ac tandem Maximus Taurin. hom. 2. in Pentec. *Prædam quodammodo Salvator ſuſtulit, cum hominem, quem ſuſcepit, inferni raptum faucibus portavit ad cœlum* &c. Concludit ergo Feltrius adducta Epiſtolæ verba nullo modo efficere, ut nos volumus, Sanctos in inferis degentes ante Chriſti mortem Dei viſione fuiſſe deſtitutos.

6. Vult præterea Vir Eruditiſſ. ut conferantur verba, ex quibus argumentum a nobis depromptum eſt: *namque reſeratis* &c. cum iis, quæ in Matth. c. 33. num. 7. ſeribit Hilarius hunc in modum. Et monumenta aperta ſunt, *erant enim mortuis clauſtra reſerata*: Et multa corpora Sanctorum, qui dormierant, ſurrexerunt; *illuminans enim mortis tenebras, & inferorum obſcura colluſtrans in Sanctorum ad præ-*

*ſens*

*ſens conſpicatorum reſurrectione mortis ipſius ſpolia detrahebat*. Si Hilarius eſt, ut modo ponitur, qui in Epiſtola loquitur, textus Epiſtolæ per hunc clariorem ex Comment. in Matth. explicandus ita erit, ut illud, *reſeratis inferis*, reſpondeat verbis, *erant mortuis clauſtra reſerata*, & illud, *juſtos, ac ſperantes in ſe illuminavit*, reſpondeat alteri: *illuminans mortis tenebras*, &c. Sed ex Hilario ad vitam revocare eſt devicta carnis corruptione immortalem vitam tribuere, ut liquet ex allato mox Pictavienſis Epiſcopi teſtimonio; ergo & idem ſignificaſſe Hilarius in Epiſtola dicendus eſt.

7. Quod hactenus dixit Feltrius de corporum immortalitate, reſurgendique copia mortuis facta, quam ab Epiſtolæ auctore deſignari putat, non perinde accipi vult, ac ſi Chriſtus oppetita morte ad inferos deſcendens juſtos omnes, ac in ſe ſperantes ad vitam reipſa revocaverit, & plenæ, abſolutæque in cœlis beatitudinis conſortes effecerit. Quamvis enim nonnullorum Veterum Patrum opinio fuerit, inter quos locum habet Hilarius noſter, mortuos ad vitam reſtitutos non modo fuiſſe in paſſione Domini; verum etiam in cœleſtem Hieruſalem una cum Chriſto adveƈtos; ad hanc tamen opinionem non referenda eſſe videntur Epiſtolæ verba. Hæc enim ampliſſima nimis ſunt, & generatim nimis pronunciata, ita ut, niſi per juſtos, & ſperantes in Chriſto veniant, qui præclaro quodam, ſingularique juſtitiæ genere, eximia futurorum ſpe, diſtinctaque adventus Chriſti cognitione emicaverunt (qua admiſſa interpretatione, Prophetæ ſpeciatim, ac Patriarchæ, & optimi aliqui viri Veteris Teſt. deſignarentur), conſequens inde foret Chriſtum Sanctis omnibus vita functis reſtitutionem illam impertitum fuiſſe, & omnes prorſus ad ſuperos revocaſſe. Id vero & divinarum litterarum ſententiam Matth. 27. *Multa corpora Sanctorum* &c. quadrare vix poteſt, nec aliorum convenit Patrum dictis. Hiſce ergo movetur egregius diſputator, ut putet, Epiſtolæ auctorem illa pronunciantem præ oculis habuiſſe jus illud ad immortalitatem, & reſurrectionem, quam juſtis omnibus ſuo ſanguine Chriſtus promeruit ſecundum illud Pauli Epheſ. 2. 6. *Convivificavit nos in Chriſto, & conreſuſcitavit, & conſedere fecit in cœleſtibus in Chriſto Jeſu*: quo loco ſcilicet, tanquam jam factum enunciatur, quod futurum eſt *pro certitudine ſpei*, ut ait S. Thomas hic. Utcumque ergo res ſe habeat, illud firmum eſt, ac ratum, penes illius Epiſtolæ auctorem, etiamſi Hilarius ſit, ne minimum quidem haberi verbum, ex quo deduci etiam obſcure poſſit Sanctos Veteris Teſt. ita Chriſtum illuminaſſe, & revocaſſe ad ſuperos, ut prius a Dei viſione remoti hanc inde conſecuti fuerint.

8. Nemo a me expectet, quod recens exorta quæſtio circa auctorem hujus Epiſtolæ a me dirimatur. Præclare hac de re ſcripſerunt Viri Cl. Joannes Chriſoſtomus Trombelli, & Angelus Maria Feltri, quo-

quorum alter eam eſſe germanum Hilarii fœtum omni argumentorum genere affirmat, alter negat. Hos Lector humaniſſimus conſulat diligenter immuni ab amore partium animo, eorumque momenta æqua, ac librata lance expendat, & utrum nec ne Hilarii opus ſit hæc Epiſtola deprehendere poterit. Nos interim ad alteram reſponſionem deſcendimus, quæ decantatam epiſtolam ab Hilario exaratam fuiſſe ponit, ſed teſtimonium ex illa a nobis deſumptum communi ſententiæ favere inficiatur.

9. Ergo duo ſunt, quæ mihi ſuadent teſtimonium illud probare, claram, & intuitivam Dei viſionem Veteribus Sanctis uſque ad Chriſti mortem, ejuſque ad inferos deſcenſionem protractam fuiſſe. 1. Quod de omnibus juſtis antiquæ legis indiſcriminatim loquatur: cum autem juſti illi omnes in Chriſti morte ſuſcitati non fuerint, intelligi nullo modo poteſt ipſum loqui de corporum reſurrectione. 2. Quod de hac reſurrectione loquatur S. Epiſcopus num. 8. ejuſdem epiſtolæ, qui hoc pacto incipit: *Poſt hæc ordo exigit credere reſurrectionem mortuorum in eadem carne. Conſtat enim* &c. Deinde toto hoc numero de corporum ad vitam reſtitutione pergit diſſrere; rationemque aſſignat, cur Deus hominem a principio immortalem condiderit, eumque immortalitati reſtituerit, a qua per peccatum exciderat. Aſt ſi de reſurrectione num. 6. egiſſet, fruſtra inſtituiſſet ſermonem de ipſa num. 8. Ergo num. 6. de reſurrectione non agit, alioquin, ut ajunt, actum iterum egiſſet, quod de tam eximio Doctore vel ſuſpicari nefas eſt. Diſputat ergo cit. numero de alio beneficio a Chriſto in ſui morte antiquorum Piorum animis conlato, de beneficio nempe beatificæ viſionis, quod tunc temporis illis conceſſum fuit. Cum itaque dicit: *In noviſſimo per mortem hominis immortalis moriebatur, ut ſublata mortalitate hominibus immortalitatem donaret*, de morte, ſeu carentia beatificæ viſionis, deque immortalitate; quæ ex conceſſione illius viſionis animæ provenit, mentionem inſtituit, ac de morte a beatifica viſione ſeparante per illa verba, *ſublata mortalitate*, de immortalitate vero, ſeu vita ob eadem viſione proveniente per verba ſubſequentia, *hominibus immortalitatem donaret*. Confirmant autem id quam maxime verba illa: *oſtendens diabolo, & poteſtatibus hujus mundi, & harum tenebrarum nequitiam eorum non valuiſſe: ipſos manere in pœnis liberato, cui invidebant, homine*. Loquitur hic Hilarius universe: unde loquitur de toto genere humano, proindeque etiam de juſtis Veteris Teſtamenti. Vel. Hilarius hoc loci indigitat tunc liberationem generis humani fuiſſe factam, cum Chriſtus mortem in cruce pertulit, & ſedes infernas adivit. Qui autem dicere potuiſſet Chriſtum morientem, & adeuntem inferorum ſedes totum genus humanum liberaſſe a pœnis, in quibus diabolus, & hujus mundi, harumque tenebrarum poteſtates manſerunt, ſi Veteres Juſti ſtatim a morte

morte beatifica viſione perfundebantur? Nonne longe antea genus humanum fuiſſet redemptum, & prædictis pœnis ſolutum? Atqui hæc humano generi in Chriſti obitu contigiſſe pronuntiat: ait enim, *Suſpenſus igitur* [Chriſtus] *ligno ad mortem voluntate properabat, futurus ſcilicet mortis mors; namque reſeratis inferis, & ſpretis, conculcatiſque his, quæ* &c. *oſtendens diabolo, & poteſtatibus hujus mundi* &c. Cenſet igitur ante id temporis ipſum captivum fuiſſe, & venire minime potuiſſe in Divinitatis conſpectum. Quod autem ſubdit Adverſarius, *ſublata mortalitate hominibus immortalitatem donare* eſſe phraſes, quæ per ſe carnis potius immortalitatem, quam copiam alicui factam videndi Deum ſignificent, præſertim ſi res ad Hilarium deducatur, ex cujus ſententia *mortem devincere*, ſeu *mortis aculeum obtundere* eſt immortalem vitam alicui impertiri tam falſum eſt, quamquodmaxime. Nam ex Scriptura, & Patribus conſtat hujuſmodi phraſes magis immortalitatem carnis, & finalem corporum reſurrectionem, quam viſionem beatificam deſignare, ſed ad ſummum utrumque æque indigitare. Hinc peccatum in Scripturis vocatur mors: *Sinite mortuos ſepelire mortuos ſuos*, & rurſus: *Et vos cum mortui eſſetis delictis, & peccatis veſtris*: gratia vero, & potiſſimum contemplatio Dei facie ad faciem vita, ſeu immortalitas nuncupatur: *Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcat te Deum* &c. Eodem modo loquuntur Patres, & etiam Hilarius, apud quem, ut alibi oſtendemus, *mortem devincere, & ejus obtundere aculeum* non carnis immortalitatem, & reſurgendi munus, ſed vel humani corporis diſſolutionem, vel converſionem Judæorum ad fidem, qui erunt extremis mundi temporibus, vel beatitudinis donum indigitant. Quæ ergo ab Adverſario afferuntur verba non impediunt, quominus celebre hujus Epiſtolæ teſtimonium de jucundiſſimo Dei adſpectu intelligatur, quo Chriſto ad inferos proficiſcente, potitæ primum fuerit animæ in ſinu Abrahæ diverſantes.

10. Sed nec ea, quæ ſequuntur, verba noſtræ officiunt interpretationi: ea enim referenda ſunt ad mortem per excluſionem a Dei viſione, & ad liberationem ab hac morte per Chriſti obitum, ejuſque ad inferos deſcenſionem, ita ut ſit ſenſus: *Triumphans igitur homo cum Deo, jam devicta morte*, hoc eſt peccati originalis pœna, quæ hominem prohibebat a conſpectu Dei, quæ prohibitio inſtar mortis, immo vera mors erat, *non mortalis ad ſuperos evadebat*, ideſt ferebatur in cœlum huic morti non amplius obnoxius, ſed perfecte illius victor, ac triumphator. Idem porro dicendum eſt de verbis, quæ mox adduntur: *Hoc ſcilicet docens, quia cum Deo quiſquis ſe conjunxerit, mori videri poteſt, non poteſt interire. Voce hoc interitus* (ſi ad hominem referatur) *exterminium ab Hilario intelligi fatebitur* (inquit Cl. Trombellius nota 129.), *qui hac audiet. Qui vero prædicabit* (ſunt verba S.

Do-

Doctoris a viro laudato producta) *anima cum corpore occaſum, audiet animam non eſſe terrenam, ſed ex afflatu Dei ortam elementis corporis admiſceri: mortem vero non interitum eſſe, ſed diſceſſionem ejus a corpore. Negat* ergo Hilarius hoc loci *nos vere, ſeu prorſus interire*, vel perire in morte, *ſed tantummodo ſeparari ait: perſtat enim individuus animus; corpus vero conſtituto a Deo tempore reſurget, & ab anima aſſumetur, Chriſto judici ſe ſiſtet*, ſubdit ſæpe laudatus Trombellius nota 144. At quid contra nos in his Hilarii verbis? Numquid mortem eſſe animæ a corpore ſeparationem, non autem hominis exterminium, negamus? Numquid animas poſt ſeparationem a corpore ſupereſſe abnuimus? Numquid inficiamur poſt finalis judicii diem animam corpus iterum ſumpturam eſſe? Apage nugas. Hoc autem, Trombellio teſte, innuit Hilarius, cum dicit, *Quiſquis cum Deo ſe conjunxerit, mori videri poteſt, non poteſt interire*. Quapropter ad Feltrii argumentum reſpondeo non abſolute, ſed relative, ſi nempe ad Chriſtum textus ille referatur, Trombellium ſcribere, vocem illam, *interire*, corruptionem denotare, non quidem quamcumque indiſcriminatim, ſed illam, quam a ſe arceri Chriſtus deprecatus eſt, & de qua David, & Petrus verba faciunt. *Si vis* [inquit] *ad Chriſtum ipſum* [nempe hoc teſtimonium] *referre, eundem habet ſenſum, atque illa Petri verba*: quem [Chriſtum] Deus ſuſcitavit, ſolutis doloribus inferni, juxta quod impoſſibile erat teneri illum ab eo: David enim dicit in eum..... Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem: *interitum quippe, cujus hic mentionem facit Hilarius, idem eſſe arbitror ac corruptionem, quam a Chriſto arcent David, & Petrus.*

11. Verbis ſequentibus, *Parum tamen videbatur* &c. vel ſermo eſt de humana Chriſti natura ad Patris dexteram in cœlis collocata, vel ſi de puro homine ſit mentio, ejus carnem *non morituram* Hilarius dicit, quia ſpectata ejus creatione homo mori non debebat ſecundum illud Sap. 1. 13. *Deus mortem non fecit:* & cap. 2. 23. *Deus condidit hominem inexterminabilem*, ita ut illa phraſis, *hominem, qui carnem habebat jam non morituram*, hunc reddat ſenſum, hominem, qui ab initio immortalis conditus fuit, *in cœlum invexit*. Cenſet ergo Hilarius in Chriſti obitu hominem in cœlum translatum fuiſſe, ibi jucundiſſimi Dei adſpectus tunc primum compotem fuiſſe factum. Jam vero probabilior hæc interpretatio videtur, quod contextui magis conſentanea ſit: paullo ante enim de puro homine Hilarius fuerat locutus inquiens: *Parum tamen videbatur ad ſupplicium inimicorum factum, ſi extincto inimico, vitam homini dediſſet* [Chriſtus], *& non redderet claritatem*. Ut igitur ſubſequentia antecedentibus reſpondeant, neceſſe eſt de puro homine ipſum etiam loqui, cum ſubdit: *Et ut diabolo, & angelis ejus pœna major accederet, cum triumpho, homi-*

*hominem*, *qui carnem habebat jam non morituram*, *in cœlum Angelis*, *& poteſtatibus ſanctis monſtraturus invexit*: id autem confirmat, quod immediate ſubditur, *Deo Patri liberatum hominem offerens munus*. Aſt de Chriſto hoc intelligi nequit, qui a nemine liberatus fuit, ſed alios ipſe liberavit: præterea ille proprie dicitur liberari, qui in aliqua pœna reperitur invitus; ſed Chriſtus in nulla pœna hoc ſenſu fuit: quamquam enim paſſus, crucifixus, ac mortuus fuerit; attamen hæc omnia ſponte, ac voluntarie ſuſtulit ſecundum illud Iſai. . . . . . *Oblatus eſt*, *quia ipſe voluit*. Nulla igitur ratione ad Chriſtum hoc referri poteſt: referri igitur debet ad purum hominem, ad quem proinde referenda ſunt reliqua hujus teſtimonii verba.

12. Quod vero addit Feltrius ea locutione, *Deo Patri liberatum hominem offerens munus*, juxta doctrinam Patrum, Cypriani potiſſimum, Hilarii, & Maximi Taurinenſis humanam Chriſti indicari naturam, a veritate prorſus abhorret. Et ad Cyprianum quod attinet, expende quæſo phraſim illam: *Ut hominem*,..... *quem a morte protexit*, *ad Patrem victor imponeret*. De quo homine hic S. Doctor ediſſerit? Numquid de humana Chriſti natura? At dici non poteſt Chriſtum eam protexiſſe a morte: nam vel ſermo eſt de morte corporea, & ab hac humanam naturam ſuam Chriſtus non protexit, cum corporaliter ſit ille mortuus: vel ſermo eſt de alia morte, hoc eſt de morte a beatifica viſione ſejungente, & ab hac pariter morte humanam naturam, quam aſſumpſerat, Chriſtus non protexit, cum ab initio ſuæ conceptionis ea viſione fuerit ipſe prædiius. Supereſt ergo, ut per *hominem* non humanam Chriſti naturam, ſed reliquos homines, & per *mortem*, non mortem corpoream, cum etiam poſt Chriſti obitum, deſcenſum ad inferos, ac reſurrectionem quilibet homo moriatur, ſed mortem a cœleſti gloria prohibentem Cyprianus indigitaverit, a qua Chriſtus ſui obitus tempore homines protexit, ac liberavit. Idem dicendum eſt de Hilario, qui tract. in pſal. 58. num. *6.* hoc idem iterum verſans ſic loquitur: *Hic ergo ſolus* [Chriſtus] *curcurrens direxit*, *qui infirmitatis noſtræ humilitate ſuſcepta egreſſus cœlos*, *regreſſus ad cœlos*: *qui revehens nos ſecum*, *oblaturuſque Deo munus precatus ſit*. Exurge in occurſum mihi. Audis, munus Deo Patri a Chriſto in cœlum aſcendente oblatum eſſe ex Hilario nonjam humanam ipſius Chriſti naturam; ſed nos, ſeu genus humanum. Quomodo autem hoc munus tunc temporis Chriſtus Deo Patri oblaturus erat, ſi longe antea juſtis ſtatim poſt mortem in Dei conſpectum venire non prohibebatur? Cum ergo ſcribit Hilarius, *expectatum Deo Patri munus*, *hominem*, *quem aſſumpſerat*, *reportavit*, non de humana Chriſti natura hoc aſſerit, ſed de genere humano, quod privatione contemplationis Dei facie ad faciem Chriſtus in ſua morte ſolvit, eique ad intuitivam eſſentiæ divinæ viſionem aditum præbuit. A Cypriano, & Hi-

Digitized by Google

& Hillario non recedit Maximus Taurinenſis, qui poſt illa verba, *Prædam quodammodo Salvator ſuſtulit, cum hominem, quem ſuſcepit, inferni raptum faucibus portavit ad cœlos*, immediate ſubdit, *& alienæ dominationis, ideſt diabolicæ poteſtatis ſervum de captivitate erutum duxit ad altiora captivum, ſicut ſcriptum eſt in Propheta. Aſcendens in altum*, &c. Numquid Chriſtus ſecundum humanam, quam ſumpſerat, naturam, fuit diabolicæ poteſtatis ſervus? Numquid ipſe de demoniaca captivitate erutus fuit? Quis hoc dicat? Atqui per hominem, quem Salvator ſuſcepit, & inferni raptum faucibus portavit in cęlum diabolicæ poteſtatis ſervum, & captivum S. Doctor intellexit, ut patet. Ergo per hujuſmodi hominem non humanam Chriſti naturam, ſed genus humanum indigitavit. Ergo ea phraſi, *Deo liberatum hominem offerens munus*, non humanam Chriſti naturam, ſed genus humanum indicatum volunt Eccleſiæ Patres.

13. Jam vero admittere nullo modo poſſumus comparationem, quam inter Comment. in Matth. c. 33. num. 8. & præſens teſtimonium Feltrius inſtituit: nam c. 53. num. 8. in Matth. de Sanctis, qui in Chriſti morte ſurrexerunt aperte mentio fit, in decantato autem teſtimonio indiſcriminatim de omnibus Juſtis Veteris Teſtamenti ſermo venit. Quî ergo phraſis illa, *omnes juſtos, ac ſperantes in ſe illuminavit, & ad ſuperos revocavit*, reſpondere poteſt huic phraſi, *illuminans mortis tenebras, & inferorum obſcura colluſtrans in Sanctorum ad præſens conſpicatorum reſurrectione?* Numquid propoſitio particularis poteſt propoſitioni univerſali equivalere? Idem intellige de alia phraſi, *Reſeratis inferis* &c. quæ huic phraſi nullatenus reſpondere poteſt, *erant enim mortis clauſtra reſerata*, niſi velimus inferos pro monumentis, ac ſepulchris mortuorum, quæ per *mortis clauſtra reſerata* ipſe innuit, Hilarium uſurpaſſe. At nunquam invenies, inferos pro ſepulchris Hilarium adhibuiſſe. Longe itaque melius eſt, ſi hoc teſtimonium, *Reſeratis inferis, omnes juſtos ad ſuperos revocavit*, cum illo conferamus lib. 3. de Trinit. n. 15. *Dei Filius in inferis eſt, ſed homo refertur ad cęlum*: vel cum illo ex Tract. in pſal. 38. num. 26. *Domino itaque paſſio iſta deliciæ ſunt, dum portas æreas confringit, dum vectes ferreos conterit . . . . . dum hominem deliciis Paradiſi reſtituit*, ita ut illud *reſeratis inferis*, idem ſit, ac illud, *Dei Filius in inferis eſt*, vel illud, *portas æreas confringit, vectes ferreos conterit*, & illud, *omnes juſtos ad ſuperos revocavit*, idem perinde ſit ac illud, *homo refertur ad cęlum*; vel illud, *hominem Paradiſi deliciis reſtituit*, nam propoſitio indefinita, cujuſmodi eſt illa, *homo refertur ad cœlum*, vel illa *hominem paradiſi deliciis reſtituit* in re dogmatica, & doctrinali univerſali æquivalet propoſitioni. Sed de duobus hiſce locis paullo poſt uberius verba faciemus. Interim concludamus, teſtimonium a nobis deſumptum ex Epiſtola ſub Hilarii

nomine a Cl. Viro Joanne Chryſoſtomo Trombelli anno 1751. primum edita de carnis immortalitate, glorioſaque corporum reſurrectione explicari nullimode poſſe.

14. Id ſane Feltrius agnovit; unde ut difficultatem ab eo profluentem declinaret conatus eſt auctoritatem, quam præ manibus habemus, interpretari quidem de corporum ad vitam reſtitutione, non tamen *in re*, ſed *in ſpe* omnibus antiquis Sanctis in Chriſti morte liberaliter elargita. Verum, ut ab initio hujus reſponſionis obſervavimus, de reſurrectione, quæcumque demum ea ſit, agit S. Doctor num. 8. inquiens: *Poſt hæc exigit ordo, credere reſurrectionem mortuorum in eadem carne*. Lege integrum hunc numerum, &, niſi in meridiana luce velis cæcutire, omnia, quæ ibi ab Hilario pronunciantur, eo tendere, ut fidem adſtruat reſurrectionis, perſpicue deprehendes. Ne igitur actum iterum egiſſe Hilarium dicamus, colligamus oportet eum num. *6*. ad carnis immortalitatem, reſurgendique munus animum non intendiſſe, ſed voluiſſe nobis innuere aliud beneficium in Chriſti morte homini conceſſum, beatificam nempe viſionem, quæ tunc primum veterum piorum animis tributa fuit.

15. Præterea verba tam præcedentia, quam ſubſequentia non ſinunt, ut phraſim illam, *Omnes juſtos, & ſperantes in ſe illuminavit, & ad ſuperos revocavit* ad carnis immortalitatem, reſurgendique munus detorqueamus, quod aliqui *in re*, omnes vero pii, ac optimi viri antiquæ legis *in ſpe* conſecuti ſunt in Chriſti ad inferos profectione. Verba præcedentia hæc ſunt: *Suſpenſus igitur ligno . . . ad mortem voluntate properabat, futurus ſcilicet mortis mors: namque reſeratis inferis, & ſpretis, conculcatiſque omnibus his, quæ in perniciem hominis, & ſalutem apud inferos tunc valebant, omnes juſtos* &c. Quod autem apud inferos valebat in perniciem hominis, ſeu generis humani, cum illic Chriſtus perrexit, erat potiſſimum ex Hilario aſpectus Divini privatio, ut manifeſtum faciemus parag. *61*. Jam vero ſcribit S. Doctor prius Chriſtum hanc ſuſtuliſſe, ac removiſſe, quam juſtos omnes, qui in inferis detinebantur, illuminaret, & ad ſuperos revocaret. Subdit deinde egregius Galliarum Antiſtes: *Oſtendens diabolo, & poteſtatibus hujus mundi, & harum tenebrarum, nequitiam earum non valuiſſe, ipſos manere in pœnis, liberato, cui invidebant, homine*. Aſt pœna, ſaltem præcipua, a qua genus humanum, ſeu hominem, Chriſtus ad inferna proficiſcens liberavit, & in qua diabolum, & poteſtates hujus mundi, & harum tenebrarum reliquit, eſt certe beatificæ viſionis carentia. Efficitur itaque, cum inquit Hilarius, *omnes juſtos, & ſperantes in ſe illuminavit* &c. hoc unum voluiſſe verbis illis ſignificare Chriſtum in ſua deſcenſione Veterum Piorum animos a pœna carentiæ beatificæ viſionis liberaſſe.

16. Alterum teſtimonium, unde invicte probatur Hilarium Veteribus

ribus Sanctis, ubi primum migrarent e vita, beatificam non conceſſiſſe viſionem deſumitur ex lib. 3. de Trin. num. 15. in quo ſic loquitur S. Doctor: *Dei Filius homo naſcitur, ſed Dei in partu Virginis virtus eſt. Dei Filius homo cernitur, ſed Deus in operibus hominis exiſtit. Deus Filius cruci figitur; ſed in cruce hominis mortem Deus vincit. Chriſtus Dei Filius moritur; ſed omnis caro vivificatur. Dei Filius in inferis eſt; ſed homo refertur ad cœlum.* Expende quæſo illas loquendi formulas, *Dei Filius cruci figitur; ſed in cruce hominis mortem Deus vincit. Chriſtus Dei Filius moritur, ſed omnis caro vivificatur*, quibus innuit S. Epiſcopus, ſicut Adam peccando promeruit ſibi, ſuiſque poſteris duplicem mortem, alteram vitæ corporali adverſam, alteram vitæ ſpiritali, quæ conſiſtit in excluſione a viſione Dei facie ad faciem, nam vita ſpiritalis in hac viſione ſita eſt ſecundum il. Joan. 14.6. *Ego ſum via, veritas, & vita*: & rurſus: *Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te Deum, & quem miſiſti Jeſum Chriſtum*: ita Chriſtum ſui ſanguinis effuſione duplicem hanc mortem proſtraviſſe. Jamvero quomodo dicere potuiſſet Hilarius, Chriſtum in cruce viciſſe duplicem hanc mortem, ſi ante illius adventum cœleſtem gloriam conſequebantur veterum piorum animi? Nonne longe antea mors debellata fuiſſet? Tecum inſuper animo reputa locutionem illam, *Dei Filius in inferis eſt, ſed homo refertur ad cœlum*. Quid amabo ea ſignificat, niſi, Chriſto ad inferos deſcendente datam fuiſſe Patriarchis, & Prophetis facultatem videndi Deum, ut eſt in ſe, eumque clare, & aperte contemplandi?

17. Huic teſtimonio affine eſt illud, quod legitur in pſal. 138. num. 26. *Domino itaque paſſio iſta deliciæ ſunt, dum portas æreas confringit, dum vectes ferreos conterit; dum omnem poteſtatem deſpoliat, dum de his in ſe triumphat, dum eum, quem ad imaginem ſuam fecerat, redimit, dum deliciis paradiſi reſtituit.* Jam Lector Humaniſſime probe intelligis, quænam ſint verba illa, quæ nos impellunt, ut Hilarium exiſtimemus docere in hoc teſtimonio Juſtos Veteris Teſtamenti nonniſi poſt Chriſti mortem ad viſionis divinæ poſſeſſionem fuiſſe admiſſos: ſunt enim verba illa, *dum* (hominem) *deliciis paradiſi reſtituit*: ea quippe perſpicue ſignificant cum Chriſtus cruci fuit affixus, aliaque acerbiſſima tormenta fortiter ſuſtinuit, tunc primum beatitudinem Patriarchis, aliiſque Sanctis fuiſſe conceſſam. Hoc autem ex confutatione reſponſionum, queis prædictas auctoritates explicat Vir egregius manifeſte conſtabit.

18. Itaque adductis mox Hilarii ſententiis tenebras offundere nititur Adverſarius duplici reſponſione. 1. Quia nec ipſa per ſe locutio, nec alia S. Doctoris teſtimonia ab eo producta, ac ſubtiliter diſcuſſa datam a nobis interpretationem admittunt. Non poſtremum, tum quia abunde a ſe demonſtratum arbitretur clariſſimis S. Doctoris auctoritatibus

tibus, Lazaro, cum primum diſceſſit e vita, ne ad minimum qui dem tempus negatam fuiſſe Dei contemplationem facie ad faciem, cum iiſdem utatur loquendi formulis, queis ille utitur ad deſcribendam ſanctarum animarum hujus ſtatus beatitudinem: tum etiam quia demonſtratum a ſe exiſtimet, Hilarium, ubi de Chriſti obitu, atque ad inferos profectione ſermonem inſtituit, mentionem quidem facere de immortalitatis dono nobis a Chriſto ſua morte comparato, ubique vero altum ſervare ſilentium de gloria Sanctis tunc primum collata. Non primum, quia in deſcenſione Chriſti ad inferos hominem ad cœlum fuiſſe relatum ita ab Hilario dici contendit, quemadmodum dicitur Chriſtus *interfeciſſe inimicitias in ſemetipſo*, *deleviſſe chirographum decreti*, *pacificaſſe omnia per ſanguinem crucis ejus*, *nos Deo reconciliaſſe* &c. Sed hæc non impediunt, quominus veterum piorum animi jucundiſſimo Dei adſpectu potiti fuerint, antequam Chriſtus ad inferos penetraret: ergo. 2. Quia phraſes illæ, *homo refertur ad cœlum*, *paradiſi deliciis reſtituitur*, accipi commode poſſunt de integro homine, ſeu de humana natura, quæ anima conſtat, & corpore, & quæ profecto prius in cœlum recipi nequivit, quam illuc Chriſtus perveniret: id, quod probat 1. quia S. Doctor totus in eo occupatur, ut commendet immortalitatis donum nobis per Chriſti paſſionem conceſſum, atque in ipſo præcipuum nobis exhibeat paſſionis Chriſti effectum. 2. quia vox *Paradiſi*, quam loco cit. adhibet, ſumitur ut plurimum ab Hilario ad indigitandam Beatorum ſedem poſt corporum reſurrectionem: hoc autem nititur confirmare pluribus teſtimoniis a S. Doctore accerſitis. Tandem concludit ex illa locutione, *Homo refertur ad cœlum*, inferri nullimode poſſe S. Hilarium removiſſe antiquos juſtos a Dei feliciſſimo conſpectu.

19. His arietibus deductum a nobis argumentum ex decantato teſtimonio quatere, ac diruere nititur Adverſarius, irrito tamen, inanique conatu: ut enim a primo exordiar, ita dicitur ab Hilario hominem in Chriſti ad inferos deſcenſu fuiſſe ad cœlum relatum, quemadmodum dicitur Chriſtus ſua morte, ſuaque deſcenſione ad ſubterranea terræ loca mortis imperium peremiſſe, domuiſſe infernum, vinctos ſuos de manu mortis liberaſſe, redemiſſe de morte, de lacu emiſiſſe, in quo non erat aqua &c. Nam loquitur Hilarius de profectione Chriſti ad inferos, ad quam, ut annot. in Epiſtolam 3. circa veterum piorum ante Chriſti adventum beatitudinem diximus, Univerſa Eccleſia, Patres, ac interpretes recenſita mox Scripturæ teſtimonia referunt. Atqui ejuſdem Eccleſiæ, Patrum, atque Interpretum judicio illis phraſibus ſignificatur, Dei Filio ſedes infernas adeunte fuiſſe primum Patriarchas, & Prophetas ad beatificam viſionem admiſſos. Idem ergo memoratis Hilarii auctoritatibus indigitatur. Itaque falſum eſt ipſam earum per ſe locutionem datam a nobis

bis interpretationem minime præſeferre. Ad id, quod additur reſponſionem faciemus, ubi ſubjiciemus examini S. Doctoris teſtimonia a Feltrio producta. Interim alterius ejuſdem reſponſionis hæc ſit ſolutio, nedum integrum hominem, ſeu humanam naturam, qua conſtat anima, & corpore, ſed ne illius quidem partem, ſcilicet animam, prius in cęlum recipi potuiſſe, quam illuc Chriſtus ſcanderet, quomodo adverſus recentiores hæreticos magiſtra veritatis Eccleſia declaravit. Ergo Hilarius ibi non loquitur de homine integro: niſi velimus dicere S. Epiſcopum in ea fuiſſe ſententia, ut ante Chriſti aſcenſionem veterum piorum animis cęli pateret aditus, quod a S. Doctoris mente quantum abhorreat, quiſquis ejus luſtrabit opera, manifeſte percipiet. Quapropter quamquam Sanctiſs. Pictavorum Antiſtes immortalitatis donum crebro recenſeat, quamquam etiam, ut præcipuum dominicæ paſſionis fructum, illud nobis exhiberet; attamen frequenter etiam mentionem facit de copia videndi Deum Patriarchis, & Prophetis tunc facta, cum Chriſtus ad inferos perrexit, quomodo ex his auctoritatibus liquet, magiſque compertum fiet ex illis, quas in hujus libelli decurſu proferemus.

20. Ad alteram hujus reſponſionis partem quod attinet, nego *Paradiſi* vocem ſumi ut plurimum ab Hilario pro Beatorum ſede poſt corporum reſurrectionem, cum hujuſmodi vox plerumque ab ipſo accipiatur ad indigitandam Sanctorum ante finalem reſurrectionem beatitudinem. Id luculenter habes tract. in. pſal. 41. num. 5. ad illa verba, *Clamavi ad te Domine*, *dixi*, *Tu es ſpes mea*, *portio mea in terra viventium*, ſuper quæ verba ſic ille loquitur: *Clamans dixit*, Tu es ſpes mea, *cum ait*, Pater commendo in manus tuas ſpiritum meum. *Pars ejus in terra viventium eſt*, *cum latroni eodem die incolatum paradiſi promittit*, *ideſt ſortem*, *& regnum hæreditatis ſuæ*. Vides quomodo paradiſi nominè regnum Chriſti intelligat Hilarius? Aſt regnum Chriſti ſignificat ex S. Doctore ſtatum Sanctorum ante reſurrectionem, ut optime norunt, qui in ejus verſati ſunt lectione. Animadverto inſuper Chriſtum, qua die mortuus eſt, non corporis reſurrectionem, ſed contemplationem Dei facie ad faciem latroni promiſiſſe; id enim ipſi promiſit, quod tunc illi impertitus fuit; non enim donum in exitu ſæculorum, cujuſmodi eſt corporum reſurrectio, ſed donum eo ipſo tempore conferendum illi pollicitus fuit, quomodo Chriſti verba aperte declarant: *Hodie mecum eris in paradiſo*. Jamvero hoc donum paradiſi voce deſcribitur. Ergo ea vox non reſurrectionem corporum, ſed beatificam denotat viſionem, quam ſuæ mortis die Chriſtus latroni promiſit, contulitque. Ex Hilario itaque vox paradiſi memoratam indicat viſionem. Idem alibi etiam docet S. Doctor, unde Theologi, ut eum liberent a Millenariſmi nota, oſtendantque illum Sanctis hujus Teſtamenti

in-

intuitivam Dei viſionem ſtatim poſt mortem tribuere, ad prædictum, aliaque id genus teſtimonia confugiunt.

21. Nec allatæ a Feltrio auctoritates contrarium evincunt: Non prima petita ex tract. in pſalm. 2. num. 9. tantum enim abeſt, in ea S. Doctorem paradiſi nomine intelligere regnum Dei Patris, ut potius Dei Patris regnum ad paradiſi intelligentiam detorqueat: unde ſubdit: *illic* (nempe in *regno Dei, ideſt in paradiſo*, uti dixerat paullo ante) *plantatum hoc lignum eſt, quo latronem illum ſe* (ideſt Chriſtum) *Dominus confitentem, Dominus, qui ſapientia eſt, introduxit dicens*: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo. Aſt Chriſtus ſui obitus die non introduxit pium latronem in regnum Dei Patris; non enim tunc illi corporis immortalitatem impertitus fuit; ſed illum in ſuum regnum introduxit. Non ergo paradiſi nomine regnum Dei Patris, ſed nomine regni Dei paradiſum Hilarius eo loci intelligit. Lib. X. de Trinit. ſic ſcribit Hilarius: *Martyri ſuo* (ideſt Latroni) *paradiſum, & conſummatæ beatitudinis delicias pollicens* (Chriſtus). Vult ergo S. Doctor, utrumque Chriſtum latroni promiſiſſe, & paradiſum ſcilicet, ſeu regnum ſuum, & *conſummatæ beatitudinis delicias*, ſeu regnum Dei Patris. Quo circa injuria colligit ex hoc loco præfatus vir, vocem paradiſi plerumque ab Hilario detorqueri ad ſignificandam immortalitatem in fine temporum corporibus impertiendam.

22. Non ſolum illa verba, *dum* [hominem] *paradiſi deliciis reſtituit* [Chriſtus], verum etiam verba antecedentia, *dum eum* (hominem), *quem ad imaginem ſuam fecerat, redimit*, me movent, ut certo teneam D. Hilarium veteribus Sanctis non tribuiſſe contemplationem Dei facie ad faciem ante Chriſti paſſionem, ejuſque obitum: illorum enim verus, ac germanus ſenſus eſt univerſum genus humanum in paſſione Chriſti fuiſſe redemptum, & hanc ob rem tormenta, ac ſupplicia jucundiſſima, & gratiſſima illi viſa fuiſſe: quippe quia de omni genere humano effatur S. Antiſtes, cum generatim, & abſque ulla reſtrictione loquatur. Aſt ſi Patriarchæ, & Prophetæ prius cœleſtem gloriam habuiſſent, quam Chriſtus pateretur, mortemque ſubiret, totum genus humanum non fuiſſet in ejus paſſione redemptum, ſed plerique homines, cujuſmodi certe ſunt Patriarchæ, & Prophetæ, longe antea redemptionem obtinuiſſent. Erg.

23. Tertium teſtimonium ejuſdem ſenſus, atque ſententiæ habes Lib. 4. de Trinit. num. 42. *Hic* [Chriſtus] *unus eſt .... per Virginem natus ex Spiritu Sancto adverſantes ſibi, inimicaſque virtutes ligno paſſionis affigens, mortem in inferno perimens, ſpei noſtræ fidem reſurrectione confirmans, corruptionem carnis humanæ gloria corporis ſui perimens.*

24. Repetit eandem cantilenam Adverſarius, dici nimirum ab Hilario

lario mortem in inferno fuiſſe a Chriſto peremptam non quia Dei Filius illuc deſcendens tunc primum piis, optimiſque Veteris Teſtamenti viris beatitudinem impertierit, ſed quia ſuo illo deſcenſu nobis comparavit reſurrectionem corporis, ac immortalitatis donum: id autem ſtudet pluribus S. Doctoris teſtimoniis confirmare. Verum quicquid ſit de teſtimoniis, quæ Feltrius in ſuæ interpretationis præſidium vocat, quæ eam non habere vim, ac ſignificationem, quam ille exiſtimat, alibi dicemus: illud ratum, ac firmum eſſe debet, ea phraſi, *mortem in inferno perimens*, Hilarium denotare non immortalitatis beneficium, ſed beatificæ viſionis donum. Cujus rei ratio invictiſſima hæc eſt, quod de illo paullo poſt verba perſpicue facit ſubdens, *corruptionem carnis humanæ gloria corporis ſui perimens*: dicere enim, Chriſtum carnis humanæ corruptionem peremiſſe idem perinde eſt ac dicere eum acquiſiviſſe nobis reſurgendi munus, carniſque immortalitatem, cum immortalitas ſit humanæ corruptionis peremptio; quippe quæ huic adverſatur. Ergo cum antea ſcribit Hilarius Chriſtum in inferno mortem peremiſſe his verbis quidpiam a reſurrectione, ac immortalitate diverſum indigitat: alioquin de eadem re ſermonem iterato ibidem inſtituiſset, quin aliqua efficax ratio id poſtularet, quod abſque aliqua nota tanto viro nequit imputari. Ad hæc eo loci mens eſt S. Doctoris varios effectus recolere, qui nobis ex paſſione dominica provenere. Porro ſi illis phraſibus, *mortem in inferno perimens*, &, *carnis humanæ corruptionem gloria corporis ſui perimens*, de eodem effectu, ideſt de corporis immortalitate, diſsereret, ejus ſcopus in fumum abiret; nam majorem partem præfati loci in unius effectus commemoratione inſumpſiſſet, cum major, imo maxima illius pars in laudatis phraſibus conſiſtat: quapropter vix de aliquo alio effectu fuiſset locutus. Erg.

25. Quartum teſtimonium ſuppeditat tract. in pſalm. 58. num. 10. ubi hæc leguntur verba: *Cujus miſericordia eum præveniet, ut etiam ante reſurrectionem Dei Filius intelligatur, cum moriente eo, obſcurato ſole, lux deperit, cum pendente eo in cruce tremit terra, cum deſcendente eo ad inferos, Sanctos ejus inferi non tenent, cum emittente eo ſpiritu &c.*

26. Huic teſtimonio duplici reſponſione occurrit Feltrius: ait enim primo, illam locutionem, *Sanctos ejus inferi non tenent*, referri ad eos Sanctos debere, qui in Chriſti morte ſuſcitati fuerunt: id quod evincere ſe poſſe exiſtimat, tum quia Hilarii ſcopus ibi eſt, illud Zachariæ vaticinium c. 12. v. 10. *Adſpicient ad me, quem confixerunt*, ſeu, ut legit S. Epiſcopus fortaſſe ex Joannis 19. 37. *Et videbunt quem compunxerunt*, adimpletum fuiſſe in Chriſto cruci affixo, & lancea pertuſo. Id vero percipere Judæi non potuerunt, niſi ex prodigiis,

giis , & miraculis eorum oculis perviis , & ſenſibus maxime ſubjectis. Porro hujuſmodi non eſt clara, & intuitiva Dei viſio. Si ergo ad iſtam prædicta phraſis referatur , non potuerunt Judæi ex illo inviſibili effectu, in quem transfixerunt, videre : peropportune autem id agnoverunt , ſi decantata verba de Sanctis accipiantur , qui tunc temporis ſurrexerunt ; nam hoc ſummam Chriſti, infinitamque poteſtatem, ac vim indicabat. De his ergo intelligenda ſunt Hilarii verba ; proindeque nobis nullatenus favere poſſunt. Quapropter obſervat vel in ipſa Maurina Operum S. Doctoris Editione ad marginem deſcripti teſtimonii recenſeri locum Matth. 27. v. 52. ubi de reſurrectione corporum fit ſermo . Tum etiam quia hæc maxime confirmant , quæ apud Hilarium leguntur hac ipſa de re Comment. in Matth. c. 33. num. 7. cujus verba hæc ſunt : *Et deinceps velum templi ſcinditur: quia exinde populus eſt diviſus in partes, & veli honor cum cuſtodia Angeli protegentis aufertur*. Movetur terra : *capax enim hujus mortui eſſe non poterat*. Petræ ſciſsæ ſunt: *Omnia enim tum valida , & fortia penetrans Dei verbum, & poteſtas æternæ virtutis irruperat*. Et monumenta aperta ſunt : *erant enim mortis clauſtra reſerata*. Et multa corpora Sanctorum dormientium ſurrexerunt : *illuminans enim mortis tenebras, & infernorum obſcura colluſtrans in Sanctorum ad præſens conſpicatorum reſurrectione mortis ipſius ſpolia detrahebat. Ut autem infidelitatis facinus Iſraeli accumularetur , centurio , & cuſtodes hanc totius naturæ perturbationem contuentes Deum Filium confitentur*. At qui centurio , & cuſtodes confiteri poterant Chriſtum eſse Dei Filium , & ob id Iſraeli facinus accumulari , ſi dicerentur inferi non tenere Sanctos ejus, quia illis Chriſtus ſuam tunc præſentiam , divinitatemque conſpiciendam tradidit? Non ergo verbis illis, quod nos contendimus, Hilarius ſignificat.

27. Secundo ita hunc locum Feltrius interpretatur, ut in illo ſermo ſit de beata corporum reſurrectione, carniſque immortalitate ſuo tempore Sanctis omnibus concedenda , quam ipſi ad gloriæ plenitudinem, ſeu ad conſummatæ, ut ajunt , beatitudinis ſolatia in inferno expectabant . Jamvero Chriſto ad inferos deſcendente data hæc eis fuit conſolatio, vel quatenus multi ex his, qui dormierant , appendices veluti dominicæ reſurrectionis effecti Chriſtum in cælum avolantem comitati ſunt, vel quatenus omnibus collatum jus fuit ad reſurrectionem in temporum plenitudine obtinendam . Atque hanc explicationem huic loco convenire putat Vir Cl. ex iis, quæ ab ipſo in reſponſ. ad 1. argum. alibique dicta ſunt.

28. Prius autem , quam his Adverſarii interpretationibus ſatisfaciam , obſervo illa verba, *Sanctos ejus inferi non tenent*, non proferri in laud. Zachariæ oraculum ; nam in illud hæc alia verba pronuntiat

num.

num. ſeq. *Sed quia ſecundum illud*, Et videbunt, in quem compunxerunt, *etiam in futurum inter inimicos ejus oſtendet Deus*, *quod ejus* ( Chriſti ) *ſit ſusceptor: quippe cum ſecundum Apoſtolum introgreſſa gentium plenitudine*, *id*, *quod Iſrael ſit reliquum ſalvabitur: ut quod ſcriptum eſt*, *impleatur*. Veniet ex Sion, qui liberabit, & avertet impietates ex Jacob. Et hoc illis a me teſtamentum, cum auferam impietates eorum. *Ad ſignificationem itaque repoſitæ hujus miſericordiæ*, *ſpeique ſubjecit*: Ne occideris eos: ne quando obliviſcantur legis tuæ. Sanctus ergo Doctor non ad Judæos, qui adfuerunt Dei Filii crucifixioni, ſed ad Judæos futuros ſub finem ſæculi, qui Chriſti fidem recipient, Zachariæ prophetiam detorquet. Sed etiamſi daremus ad illos animum intendiſſe Hilarium, cum ſcripſit, *Sanctos ejus inferi non tenent*: inde tamen non ſequitur, quod vult Adverſarius, nimirum locutum fuiſſe de Sanctis, qui in Chriſti morte reſurrexerunt, alioquin ſponte ſua flueret, ſenſiſſe S. Doctorem omnes omnino juſtos Veteris Teſtamenti tunc ſuſcitatos fuiſſe. Ut enim parag. 13. diximus, propoſitio indefinita in re dogmatica, & doctrinali æquivalet univerſali: hujuſmodi porro eſt ea propoſitio, *Sanctos ejus inferi non tenent*, cum nulla particula contrahatur, ac limitetur: ergo propoſitioni univerſali ipſa æquivalet. Aſt, ipſo fatente Adverſario, nuſquam Hilarius docuit, revocatos fuiſſe ad vitam omnes Sanctos in Chriſti morte. Ergo &c.

29. Mea igitur hac in re ſententia eſt, ipſum hoc loci de utroque dono ſermonem habere, de beatifica ſcilicet viſione, & de immortalitatis beneficio: id, quod mihi ſuadent Maurini Patres S. Doctoris Interpretes nobiliſſimi, qui, ut etiam Feltrius erudite obſervat, in illius operum editione ad marginem deſcripti teſtimonii recenſent locum Matth. c. 27. 52. qui ad reſurrectionem Sanctorum in Chriſti morte pertinet, in notis vero ad eumdem locum ipſum explicant de contemplatione facie ad faciem, cujus copia veterum Piorum animis in Chriſti obitu fuerit facta, non alia procul ratione, niſi quia viri præſtantiſſimi clare perceperunt hujuſmodi teſtimonium de ſola Sanctorum reſurrectione tunc ſecuta commode intelligi non poſſe.

30. Nec obſtat teſtimonium deſumptum ex Comment. in Matth. c. 33. num. 7. In eo ſiquidem Hilarius non indefinite, quemadmodum tract. in pſalm. 58. num. 10. ſed ſpeciatim loquitur de Sanctis in Chriſti morte ſuſcitatis, quomodo aperte declarant illa verba, *in Sanctorum ad præſens conſpicatorum reſurrectione*: hæc propoſitionem limitant, & coarctant ad ea veterum piorum corpora, quæ memorato tempore ſurrexerunt. Quapropter non eſt eadem ratio.

31. Altera reſponſio ipſis Adverſarii verbis refellitur: vult enim ipſe, ibi Hilarium non differere de viſione beatifica in Chriſti mor-

te primum conceſſa, quia eo loci S. Doctoris mens eſt illos effectus, qui in Chriſti morte contigerunt, enumerare, ex quibus videre poterant Judaei, ſi vellent, quem ipſi in cruce ſuſpenderunt, verum Dei Filium eſſe, quemadmodum agnovit Centurio: hoc autem evenire non poterat, niſi ex ſignis ſenſibilibus, & ſpectantium oculis ſubjectis. Aſt corporum reſurrectio, carniſque immortalitas ſuo tempore concedenda, ſive promiſſio reſurrectionis, carniſque immortalitatis a Chriſto in ſua ad inferos profectione Sanctis facta inviſibilis perinde fuit, ac ſit viſio beatifica: ut enim hoc donum ſpectantium oculis pervium eſſet, oportebat tunc Sanctis immortalitatem conferri, & reſumptis corporibus ſeipſos Judæis conſpicuos reddere, minime vero ad rem hanc conducebat, quod tunc ea tantum promitteretur, protraheretur vero ad uſque exitum ſæculorum. Ex hoc itaque ſigno percipere Judæi, in quem transfixerunt, nequivere. Adde, verba facere Hilarium de beneficio in ipſa Chriſti morte Sanctis impertito: ut autem nuper dicebamus, talis non fuit corporum reſurrectio, carniſque immortalitas in mundi termino juſtis tribuenda. De hac igitur ſermonem ille non habet.

32. Neque dicas, Chriſto ſedes infernas adeunte, datam fuiſſe Sanctis hanc reſurrectionem, vel quatenus aliqui eorum tunc revera ſurrexerunt, vel quatenus omnes Sancti jus ad ipſam adepti ſunt. Neutrum enim poteſt affirmari: non primum, quia loquitur S. Doctor de Sanctis omnibus, queis ipſo annuente Adverſario, tunc immortalitas collata non fuit. Non alterum: quia Sancti omnes jus ad reſurrectionem prius acceperunt, quam Chriſtus ad inferos deſcenderet, ut in notis ad 4. Epiſtolam not..... probavi. Quocirca quocumque ſe vertat Feltrius, nihil pro ſua ſententia ex hoc loco extundere poteſt.

33. Recenſitis hactenus teſtimoniis finitimum eſt, quod extat tract. in Pſalm. 118. lit. XI. ad illa verba, *Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes quando conſolaberis* (ſeu, ut legit Hilarius, *exhortaberis*) *me?* in quæ verba S. Epiſcopus: *Scit* (David) *conſolationem* [*exhortationem*] *hanc Sanctos quieſcentes in inferno deſiderare.*

34. Deſiderium hoc prophetæ, aliorumque juſtorum in ſinu Abrahæ interpretatur Feltrius non jam de deſiderio illorum videndi Deum, ſed de deſiderio videndi Meſſiam, & profluentem inde conſolationem percipiendi, quod, D. Chryſoſtomo teſte, etiam Angelis, licet divina contemplatione facie ad faciem fruentibus, locum habuit. Hoc autem probat 1. ex verbis, quæ laudatum teſtimonium præcedunt num. 1. & 2. hujus tractatus, quæ quoniam longiora ſunt, conſulto proinde miſſa facimus. 2. ex verbis, quæ immediate præcedunt illa,

ex

ex quibus petitum eſt a nobis argumentum, quæ talia ſunt. *Sed bi- nunc oculi Prophetæ, licet Dominum videre deſideraverint, non ſunt tamen corporis oculi; loquuntur enim, & expectant.* Tertio tandem ex verbis, quæ ibidem, eodemque in num. 3. apud Hilarium habentur: *in hæc igitur Dei eloquia oculis liquentibus deficit: non tam viſu corporeo Dominum ex eloquiis Dei nuntiatum, quam contemplatione animæ, & mentis expectans.*

35. Sed quia naris emunctæ vir probe intelligit ſe nihil ex his locis proficere: cum in ipſis deſiderium ſolummodo Prophetarum videndi Meſſiam exprimatur; non autem indigitetur etiam hujuſmodi illorum deſiderii finis, ideo ad ipſum inveſtigandum deſcendit. Obſervat igitur primo, Hilarii ſilentium de beatificæ viſionis expectatione ita conferre ad cauſæ ſuæ patrocinium, ut ex hoc teſtimonio colligi nullo modo poſſit, S. Doctorem veterum piorum animos ante Chriſti ad inferos deſcenſionem a Dei præſentia ſubtraxiſſe. Obſervat præterea, niſi ex hoc teſtimonio, ex alio ſaltem quod affine eidem eſt, ſatis aperte conſtare, quò tenderet Sanctorum in inferno quieſcentium expectatio, quidve Chriſtus ad eam explendam contulerit. Teſtimonium vero eſt iſtud. *Scit* [ David ] *teſtante Apoſtolo Petro* ( epiſt. 1. c. 3. 19. 20. ) *deſcendente ad inferna Domino, etiam bis, qui in carcere erant ſpiritibus, & incredulis quondam fuerant in diebus Noe, exhortationem prædicatam fuiſſe*: vel enim hæc ab Hilario dicta ſunt de facinoroſis, & impiis, qui juſtis, debitiſque ſuppliciis in inferno detinebantur, vel de iis generatim, qui pie obierant, ſive in juſtitia ſemper perſtiterint, adeoque Sancti, ſive ab ea primum deflectentes, ad bonam inde frugem redierint, adeoque quondam increduli. Si primum: eum *exhortationis*, ſeu *conſolationis* vocabulo indigitatam velimus conſolationem in Deo videndo ſitam, conſectarium erit, Hilarium exiſtimaſſe, eos a morte ad vitam, a deſperatione ad ſpem, ab exitio ad ſalutem a Chriſto deſcendente ad inferos revocatos fuiſſe. Id autem ab Authoris noſtri ſententia quam longiſſime aberrat, ut præ cæteris animadvertit Cl. Petrus Couſtantius. Non ergo de illis hæc exhortatio eſt intelligenda. Ergo accipienda eſt de poſtremis, hoc eſt de Sanctis. Atqui S. Epiſcopus ſuimetipſius interpretem agens, alibi luculentiſſime declarat, exhortationis vocabulo non prædictam conſolationem, ſed conſolationem, quæ conſiſtit in corporum reſurrectione, carniſque immortalitate ſe indigitare. Lege tract. in pſal. 141. num. 7. ad illud, *Educ de carcere animam meam ad confitendum nomini tuo, Domine*: quod in perſona Chriſti vult a Propheta enuntiatum: hæc ibi invenies: *Deinde rogat* [ Chriſtus ], *ut anima ſua educatur de carcere. Si in carcere poſitis etiam ante Noe tempora reſurrectionem ſecundum B. Petrum Dominus prædicavit; carcer eſt inferi, a quo ſe educi rogat, & in altero pſalmo.*

*mo fuerat precatus* ( pſalm. 68. 16. ) *: non* contineat ſuper me puteus os ſuum. *Oratio omnis iſta ad confeſſionem, ut diximus, virtutis paternæ eſt. Sed adjecit & cauſam, cur ſeſe de carcere educi rogat* : ad confitendum, *inquit nomini tuo* Domine. *Reſurrectio ejus paterna in ſe virtutis prædicatio eſt, quia poteſtas ei omnis ex Patre eſt*. Audiſti Hilarium reſurrectionis vocabulo exprimentem, quod exhortationem alibi dixerat. Non ſolum ergo nullius conſolationis, quæ in videndo ſita ſit Deo, meminit hoc loci Galliæ Epiſcopus, ut nos opinamur: ſed præterea diſertiſſime tradit, Chriſtum ad inferna deſcendentem Sanctis in eo carcere detentis reſurrectionem prædicaſſe, ut cum corpore reſurgentes beatitudinis plenitudinem, ſeu meritorum conſummationem, ut vocant, conſequerentur. Paria ſcribit S. Doctor ibid. num. 8. ad ſeq. verſiculum, *me expectant juſti, donec retribuas mihi*, & in pſalm. 68. num. 8. in quibus Sanctorum expectationem in eo poſitam fuiſſe dicit, quod ipſi corporum ſuorum reſurrectionem, carniſque immortalitatem præſtolarentur. Quid porro cauſæ fuit, cur Hilarius peropportunam, aptiſſimamque negligeret occaſionem exprimendi juſtos Veteris Teſtamenti expectaſſe beatificam viſionem; meminiſſet vero reſurrectionis tantum, ſeu abſolutæ, perfectæque in cælis beatitudinis? Vel ergo nullam pro animabus a corpore ſejunctis etiam poſt Chriſti mortem agnovit Hilarius beatificam viſionem, quod abſonum eſt a plurimis ejuſdem ſententiis; vel ſupponit animas Sanctorum potitas jam fuiſſe cæleſti hæreditate : deſiderare tamen corporis conjunctionem, ut inchoatæ beatitudini cumulus accederet abſolutiſſimus. Ex allato igitur teſtimonio nullatenus inferri poteſt, Pictavorum Epiſcopum amoviſſe Sanctos antiquæ legis a Dei præſentia, donec mortem Chriſtus pro univerſo hominum genere ſubiret.

36. Quamvis hæc Feltrii reſponſio valde prolixa ſit, facilius tamen, quam cogitari poſſit, eliditur, dirimiturque : nam ad primam ejus animadverſionem hæc ſit ſolutio, nimirum tametſi piorum animos ante Chriſti adventum feliciſſimo Dei conſpectu caruiſse Hilarius hic non aſſereret, ex hoc tamen conſequens non eſse, ipſum ſenſiſse, illos jucundiſſimi ejuſdem conſpectus participes extitiſſe ante præfatum tempus; tum quia argumentum negativum, ut ajunt, nullius ponderis eſt, atque momenti; tum quia ſi hoc expreſſe non tradit, nec expreſſe ipſum negat. Præterea licet daremus de privatione jam dicta mentionem Hilarium minime inſtituiſse, nihilominus nec corporum reſurrectionis, carniſque immortalitatis hoc loci meminit S. Doctor. Quocirca ſi ex ejus ſilentio illa colligi nequit, nec iſta eadem ratione poteſt inferri. Duplici reſponſione occurro pariter alteri animadverſioni: ajo enim in primis me prorſus neſcire, de quibuſnam animis loquatur S. Epiſcopus in verbis ab Adverſario pro-

du-

ductis, cum ipſe haudquaquam exprimat, de quibuſdam Apoſtoli Petri locus ſit accipiendus, ſed illud nude, ac ſimpliciter recitet, & in medium adducat. 2. Etiam ego a Viro eruditiſſimo peto, de quibuſnam ea ipſe velit ab Authore noſtro fuiſse dicta, num de impiis, qui in inferno juſte torquebantur, an de juſtis, qui in ſinu Abrahæ degebant, ſive in juſtitia ſemper permanſerint, adeoque Sancti, ſive ab ea primum deflectentes ad eandem poſtea reverſi ſint, adeoque quondam increduli. Si primum: cum *conſolationis*, ſeu *exhortationis* vocabulo ſignificari exiſtimet conſolationem, quæ in corporum reſurrectione, carniſque immortalitate ſita eſt, conſequens erit Chriſtum ad inferos deſcendentem prædicaſſe, ac promiſiſſe impiis beatitudinis plenitudinem, quæ in reſurrectione corporum, carniſque immortalitate conſiſtit; unde conſectarium erit ulterius, Hilarium putaſse pœnas reproborum æternas non eſse, a qua labe poſt Cl. Conſtantium copioſe admodum, atque abunde virum ſanctiſſimum Feltrius defendit. Si autem verba illa dicta eſse vult de Sanctis in ſinu Abrahæ commorantibus, quid *exhortationis* nomine in hoc teſtimonio intellexerit, S. Doctor explicat in eodem tract. in quo de Davidis, aliorumque juſtorum Veteris Teſtamenti expectatione iterum verba faciens Lit. XXI. num. 4. ſic loquitur ad eum verſiculum, judica judicium meum, & redime me. *In hac judicii ſui ſecuritate Propheta* [ David ] *tempus redemptionis expectans, redimi ſe, & propter eloquia Dei* vivificari precatur. *Venundati enim ſub peccato redemptione, & juſtificatione in ſanguine Domini liberabimur. Hoc legislatio, hoc omnis ſpiritus prophetiæ, hoc* patriarcharum *ſpes, hoc Angelorum, hoc toto ſæculi tempore divini eloquii ſermo teſtatus eſt: ob quem redimi, ac vivificari ſe deprecatur.* Audis Hilarium redemptionis vocabulo exprimentem, quod exhortationem antea dixerat? Vides, quo tendebat Sanctorum in inferno quieſcentium deſiderium? Cernis, quid illic ipſi expectabant? expectabant ſcilicet redemptionem, & per illa vivificari. Porro qui abſque redemptione, & ante redemptionem ſalvi eſse poterant, hoc eſt, Deum revelata facie intueri? Quomodo eam in ſinu Abrahæ expectabant, ſi ibi præſentiæ Divinæ eſsentia jam potiebantur? An beatifica viſio redemptionis effectus non eſt? Quamquam ergo tract. in pſal. 141. num. 7. aliiſque locis ab Adverſario productis per *exhortationem*, ſeu *conſolationem* intellectam fuiſse reſurrectionem a D. Hilario admittamus: attamen idipſum ab eo fuiſse indigitatum negamus tract. in pſalm. 118. Lit. 11. num. 3. ſed ibi indicatam ab illo contemplationem Dei facie ad faciem contendimus, idque demonſtramus non ex aliis S. Doctoris operibus, ſed, quod pluris faciendum eſt, ex ipſo tract. in pſal. 118.

37. Ultimum teſtimonium petitur ex Lit. xv. ejuſdem tract. ubi ſequentia extant verba: *Quandoquidem in ſuperiore ſuſceptus vivet*:

Suſci-

Suſcipe me ſecundum eloquium tuum , & vivam : Adjuva me , & ſalvus ero*: ita in hoc adjutus ſalvabitur? Adhuc enim ſibi* ( Davidi ) *obeunda mors eſt, adhuc inferi ſuſtinendi*.

38. Nomine inferorum non indigitari ſedem illam , in qua Patriarchæ aliique Veteres juſti redemptionem , viſionemque beatificam præſtolabantur , ſed eam potius ſedem, in qua mortui deliciarum, ac beatitudinis participes Deum clare , & intuitive cernentes expectabant corporum reſurrectionem , ſeu jus ad ipſam Adverſarius exiſtimat: id autem duplici titulo nititur demonſtrare. 1. ex his, quæ ex Hilario parag. 29. 30. & 31. de Davide a ſe producta ſunt: 2. ex abſurdis, quæ ex noſtra ſequuntur interpretatione . Hoc poſtremum eruere ſe poſſe confidit 1. ex integro orationis contextu , qui ſubſequens eſt, *Sed quemadmodum in ſuperiore ſuſceptus vivet* ( ſpectant hæc verba verſiculos 116. & 117. ejuſdem pſalmi nimirum ]: Suſcipe me ſecundum eloquium tuum &c. ) : *ita & in hoc adjutus ſalvabitur* : *Adhuc enim ſibi obeunda mors eſt, adhuc inferi ſuſtinendi*. *Hinc ſalvabitur, cum ex corporea , terrenaque natura in ſpiritualem gloriam transformatus nullum adverſantis inimici periculum metuat, vivat inter electos Angelos , ſit paradiſi incola* , & abſorpta *corruptione ex mortali immortalis exiſtat*. Hoc loci conſummatæ beatitudinis delicias deſcribi promiſſas Sanctis poſt corporum reſurrectionem tam certum putat Vir Eruditiſſimus , ut hoc ne probatione quidem indigere ducat , cum phraſes illæ, *ex corporea , terrenaque natura in ſpiritualem gloriam transformatus, abſorpta corruptione ex mortali immortalis exiſtat*, nonniſi præfatis deliciis convenire queant.

39. His præmiſſis ſic arguit : Ea ſerie res ab Hilario deſcribitur, ut primum mortem Davidi obeundam dicat , dehinc inferos ſuſtinendos, tandem ſalutem obtinendam . Si ergo per inferos apud Hilarium veniat locus quietis, excluſa tamen conſolatione illa , quæ ex viſione beatifica profluit , conſequens erit , Davidem ex Hilario deducendum fuiſſe de vita ad mortem , de morte ad inferos , de inferis ad locum ſalutis , ubi ſcilicet *ex corporea, terrenaque natura in ſpiritualem gloriam transformatus , & abſorpta corruptione ex mortali immortalis exiſtat* . Ergo ſi voluit Hilarius Davidi ſuſtinendos fuiſſe inferos excluſa Dei viſione, neceſſe omnino erit, ut aſſeramus ipſum nullam agnoviſſe ſedem , in qua Davidis anima ante corporis reſtitutionem in Dei conſpectum venire potuerit. Sanctus Doctor itaque cæleſtem hæreditatem nonniſi poſt corporum reſurrectionem adiri poſſe exiſtimavit.

40. Illud præterea plurimum Adverſarium movet , quod Hilarius Davidi perinde , ac juſtis Novi Teſtamenti inferos ſuſtinendos eſſe pronuntiat . Lege tract. in pſalm. 53. num. 14. *Ad explendam quidem hominis naturam , etiam morti ſe , ideſt diſceſſioni ſe tanquam*

*ani-*

*animæ, corporique ſubjecit, & ad infernas ſedes id, quod homini debitum videtur eſſe, penetravit* : & in pſalm. 138. num. 22. *Humanæ iſta lex eſt neceſſitatis, ut, conſepultis corporibus, ad inferos animæ deſcendat: quam deſcenſionem Dominus ad conſummationem veri hominis non recuſavit.* Ex Hilario itaque nobis æque ac Davidi, cæteriſve antiquis juſtis adeundi ſunt inferi. Quod ſi David conſpectu Dei privari debuit, quia inferi erant illi ſuſtinendi, nos quoque, qui illuc poſt mortem *ex humanæ legis neceſſitate, ex eo quod homini debitum videtur eſſe* &c. deſcendere debemus, eadem Dei præſentia, ac jucundiſſima Dei viſione privandi erimus, uſque dum ſalvemur, ideſt, uſque dum reſurgamus. Id autem ab Hilarii ſententia abludere prorſus conſentiunt Theologi omnes Catholici: neceſſe eſt igitur, ut dicamus inferos ſuſtinere penes Hilarium ſignificare non poſſe beatitudinis privationem, ſeu dilationem divini conſpectus. Subdit Pictavienſi Epiſcopo alios quoque Patres & numero, & dignitate plurimi faciendos addi poſſe, qui animas Sanctorum transferri nunc volunt in receptacula quædam, & in ſinus terræ deſcendere.

41. His non obſtantibus, quæ alicui fortaſſe ampliſſima, ac validiſſima videri poterunt, per inferos ſedem illam ab Hilario deſignari contendo, in qua David, ac reliqui veteres juſti vitam agebant expectantes beatam ſpem, & adventum gloriæ magni Dei qui ex captivitate eos transferret in regnum, & in libertatem filiorum Dei: quocirca miſſis nunc, quæ ex Hilario de Davide ab Adverſario producta ſunt parag. 29. 30. & 31. de quibus alibi erit ſermo, traditam mox interpretationem ab abſurdis vindicare adgredior, quæ ab illa promanare Feltrius jactat. Quamquam ergo phraſes illæ, *ex corporea terrenaque natura in ſpiritalem gloriam transformatus, abſorpta corruptione ex mortali immortalis exiſtat*, corporum reſurrectionem ſignificent; eam tamen non indicat illa locutio, *ſit* [ David ] *paradiſi incola*; qua regnum Chriſti, quod feliciſſima Divinitatis manifeſtatione minime caret, indigitari alibi ſatis abunde demonſtravimus. Non ergo eo ordine res ab Hilario deſcribitur, quem Adverſarius excogitavit, ſed ita potius, ut primum Davidi mortem obeundam dicat S. Doctor; dehinc inferos ſuſtinendos, tum regnum Chriſti adeundum, tandem immortalitatem obtinendam: ergo non ſequitur Davidem ex Hilario deducendum eſſe de vita ad mortem, de morte ad inferos, de inferis ad locum ſalutis, ubi *ex corporea, terrenaque natura in ſpiritalem gloriam transformatus, & abſorpta corruptione ex mortali immortalis exiſtat*; ſed conſequens eſt Davidem ex Hilario tranſire debuiſſe de vita ad mortem, de morte ad inferos, de inferis ad regnum Chriſti, *ſit paradiſi incola*, & tandem de regno Chriſti ad corporis reſurrectionem, ad plenitudinem beatitudinis, ad meritorum conſummationem. Non igitur ſi voluit Hilarius

ſu illarum animarum inchoatam beatitudinem fatentur, imo prægrandem: non ergo repugnat, quod beatæ illæ ſint animæ, & nihilominus inferos ſuſtineant. Ergo ex equo non repugnat Davidis felicitati, Deique conſpectui feliciſſimo, quod ab Hilario aſſeritur, ſuſtinere nimirum eum inferos debuiſſe, antequam ſalvaretur, ſeu, quod idem eſt, antequam reſurgeret.

45. Verum facile hæc difficultas eliditur: nego enim, ac pernego, velle Hilarium ita Davidi ſuſtinendos fuiſſe inferos, antequam reſurgat, quemadmodum nonnulli veteres Patres volunt juſtos Novi Teſtamenti ad inferos deſcendere, antequam corporum reſurrectionem, carniſque percipiant immortalitatem: in primis enim Sancti illi ita volunt hujus Teſtamenti probos, ac juſtos viros ad inferna, aut alium locum deſcendere, ut ibi uſque ad finalem corporum reſurrectionem ipſi permaneant: hoc autem Hilarius non tradit, quomodo falſo ſupponit Adverſarius, ſed, ut parag. 41. diximus Davidi inferos ſuſtinendos eſſe ſcribit, donec in paradiſum, ſeu in regnum Chriſti introducatur, hoc eſt, donec Chriſtus in inferos penetret, & ab illis locis Davidem liberet, ac in paradiſum, ſeu in regnum ſuum ipſum transferat. Præterea ita docent iidem Patres, juſtos hujus Teſtamenti ſedes infernas adire, ut ibi fruantur cœleſti gloria, Deumque clare, & intuitive perſpiciant: jamvero hoc non aſſerit Sanctiſſimus Pictavorum Antiſtes; ſed ibi Davidem inferos ſuſtinere, hoc eſt, feliciſſimo Dei conſpectu fraudari cenſet, eumque ibi expectare uſque dum Chriſtus adveniat. Preclare memoratus nuper Theologus Joannes Laurentius Berti eodem loco ait, *Hilarium exiſtimaſſe, quod quiſquis moritur, exemplo Chriſti debet ad inferos deſcendere, & ea loca luſtrare, quæ Chriſtus conſummationem veri hominis non recuſans dignatus eſt viſitare. Quod & docuit lib. de anima Tertullianus. At illic animas detineri, Hilarius non credidit, ſed aperte affirmavit in pſalm.* 141. *tranſire in cœleſtem Hieruſalem, in paradiſi incolatum in regnum hæreditatis* &c.

46. Nullum non movet lapidem Feltrius, ut hanc reſponſionem elevet, eliminetque: ait enim primo nullam ab Hilario mentionem fieri de hoc exemplo, ſed S. Doctorem totum eſſe in tradendo, Chriſtum quoque fuiſſe ad inferos profectum *ad explendam hominis naturam*, ad exequendum, *quod homini debitum videtur eſſe*, ad ſervandam *humanæ neceſſitatis legem*, *ad conſummationem* denique *veri hominis*: eaſque ipſas ob cauſas, ac rationes debere nos in inferos proficiſci. Jamvero non aliud ſibi volunt hujuſmodi locutiones, niſi generalem quamdam rationem, eandemque pro juſtis tam Novi, quam Veteris Teſtamenti: eo vel magis, quod non homini id debitum *fuiſſe*, ait, aut legem fuiſſe humanæ neceſſitatis; ſed *debitum eſſe*, & *legem eſſe*. Ex Hilario itaque eadem lex, idemque debitum &

D 2 Vete-

Veteres Sanctos, & noſtros ad inferos ſuſtinendos adegit. Quæ autem eſſe poteſt humanæ neceſſitatis lex, quod homini debitum, ut inferos modo adeat, eaque loca ſimpliciter colluſtret? Nulla plane. Quemadmodum igitur antiqui Patriarchæ in inferis detinebantur, ita & piorum animæ in Novo Teſtamento. Atqui licet hæ nunc diverſentur iis in locis, non tamen abſunt a Dei viſione: cur ergo & de veteribus juſtis non erit idipſum aſſerendum? Exploratum itaque eſt, compertumque per inferos eum locum ab Hilario deſignari, in quem Sanctorum animæ in utroque Teſtamento migrarunt, & migrant, expectantes extrema judicii univerſalis tempora ad ſolidam, plenamque beatitudinem conſequendam, gaudentes interim ob jucundiſſimam divinæ eſſentiæ præſentiam, qua ſtatim a morte lætatæ ſunt.

47. Infirmum pariter Adverſario videtur alterum, ex quo confici vulgo ſolet, non crediſſe Hilarium piorum animos Novi Teſtamenti in inferis detineri, ſed ea tantum loca Chriſti exemplo colluſtrare. Nobis enim non refragantibus fuerunt Patres, qui Sanctos dixerunt ad inferos deſcendere, aut recipi in Paradiſum terreſtrem, aut in loco inviſibili requieſcere, quin tamen negarent apud Deum vivere, & æterna gaudia percipere. Unde autem novimus Patres illos ab iis animarum receptaculis, ab inferioribus iis terræ locis Dei beatificam præſentiam non amoviſſe? Unde ſcimus, nomen *inferni* ambiguum apud illos fuiſſe, aliquando ſcilicet acceptum, prout ſolis convenit damnatis, & aliquando pro recondito loco, in quem animæ mortuorum inferuntur, vel a quo extrahentur, ſive pœnarum ſit, ſive quietis? Non aliunde ſane id accepimus, quam ex iis eorumdem Patrum teſtimoniis, quibus æternam felicitatem, gaudia, delicias, ac beatam requiem adſcribunt iis, qui omnis prorſus expertes labis e corporibus demigrarunt. Ex hoc autem duo infert Feltrius: 1. etiam apud Hilarium ſtare poſſe ampliſſimas illas locutiones de ſtatu animarum poſt mortem, licet in inferis detineantur: 2. cum æque præclariſſima habeat Hilarius de Davidis felicitate, gaudiis, ac ſempiterna voluptate ſtatim a morte, conſequens eſſe, quod quamvis Davidi ſuſtinendos velit inferos, non tamen ab eo Dei adſpectum, ac poſſeſſionem amoveat, atque a cæteris quoque Veteris Teſtamenti piis animabus.

48. Sunt Theologi, qui hoc argumentum eludere ſe poſſe arbitrantur, dicendo, loca Hilarii in ejus confirmationem a Feltrio arceſſita pertinere ad juſtos Veteris Teſtamenti: aſt cum S. Epiſcopus *eſſe*, non autem fuiſſe, hominis debitum, & *eſſe*, non autem fuiſſe, humanæ legis neceſſitatem, ut conſepultis corporibus animæ ad inferos deſcendant, ideo hæc ſolutio a mente S. Doctoris abhorrere videtur. Quocirca illi reſpondeo, quod etiamſi certo conſtaret nunquam ſenſiſſe S. Doctorem, quemcumque morientem debere exemplo

Chri-

Chriſti inferos penetrare, & luſtrare ea loca, quæ Chriſtus inviſere non recuſavit: cenſuit tamen ille, quiſquis moritur, eum debere ad inferos proficiſci *ad explendam*, ut ipſe ait, *hominis naturam*, *ad exequendum*, *quod homini debitum videtur eſſe*, ad ſervandam humanæ legis neceſſitatem, ad conſummationem denique veri hominis. En ratio, ob quam Hilarius ſcribit, debere juſtos utriuſque Teſtamenti inferos colluſtrare. Quid igitur opus eſt in ea perquirenda diutius immorari? Cur ex illis auctoritatibus conſecutiones eliciendæ ſunt, quas, ne obiter quidem, Doctor Sanctiſſimus indigitavit?

49. Eadem facilitate alterum enucleatur, damus enim ex ipſorum ſcriptis nobis innoteſcere, Patres, qui Sanctos dixerunt ad inferos deſcendere, aut recipi in paradiſum terreſtrem, aut &c. non negaſſe eoſdem apud Deum vivere, & æterna felicitate potiri. Ex eorumdem Patrum ſcriptis colligimus etiam inferni nomen ipſos ſumpſiſſe aliquando pro damnatorum loco, & aliquando pro loco, in quo purgantur, vel requieſcunt animæ. Nihilominus utramque conſecutionem negamus ab Adverſario ex his Patrum teſtimoniis deductam: nam in Hilarii ſcriptis nunquam invenies, ipſum docuiſſe juſtos Novi Teſtamenti in inferis detineri, ibique frui jucundiſſimo Dei conſpectu; ſed ex hac vita eos tranſire *in terram viventium*, *in paradiſi incolatum*, *in regnum hæreditatis*, hoc eſt in regnum Chriſti S. Epiſcopus nitide affirmat in pſalm. 141. alibique. Falſum quoque eſt Hilarium de Davidis felicitate, gaudiis, ac ſempiterna felicitate eadem proferre, quæ de animis Sanctorum hujus Teſtamenti e corporibus egreſſis pronuntiat: de illo enim non afferit, ſicut affirmat de iſtis, ſtatim poſt mortem migraſſe in terram viventium, in paradiſum, in regnum hæreditatis &c. Sed Davidem in infernum tunc meaſſe dicit, ibique expectaſſe conſolationem, ſeu, ut alibi eam nominat, redemptionem. Quomodo autem redemptionem in inferno David expectaſset, ſi illic beatifica Dei viſione, quæ redemptionis potiſſimus effectus eſt, jam potiebatur?

50. Adverſus poſtremam hanc reſponſionem inſurgit Feltrius, contenditque, phraſes illas, *tranſire in cæleſtem Hieruſalem*, *in terram viventium* &c. eam non habere vim, ac poteſtatem, quam nos exiſtimamus, ſed ſenſum longe diverſum eas præſeferre. Et imprimis de voce *Paradiſi* ſatis, ſuperque id oſtendiſse ſe putat parag. 56. in reſp. ad 2. Jamvero de terra viventium idem nititur perſuadere ex tract. in pſalm. 118. lit. 3. num. 3. ubi Hilarius ſic loquitur: *Ac niſi glorificato in naturam ſpiritus corpore*, *vitæ veræ in nobis non poteſt eſſe natura*: ad quæ inde accommodat Prophetæ verba pſalm. 114. 9. *Placebo Domino in regione vivorum*. At priora illa verba corporum reſurrectionem apertiſſime ſignificant: ergo per regionem vivorum indicat Hilarius ſedem, in qua poſt corporum reſurrectionem.

nem Sancti commorantur. Tandem eundem Beatorum locum poſt extremi judicii diem deſignari vocibus *cæleſtis Hieruſalem* ex eo probat, quod ſubodoratus hoc ſit acutiſſimus Monachus Petrus Couſtantius in præfat. gen. parag. VI. n. *197*. Quocirca concludit ex his loquendi formulis minime colligi poſse voluiſse Hilarium, Sanctos Novi Teſtamenti migrare in paradiſum, ſeu in cœleſtem regionem: quamvis aliunde conſtet eos beatos ſtatim evadere; ſed, quemadmodum de aliis Patribus vulgo dicitur animas, etiam Sanctorum hujus teſtamenti ſtatuiſse in inferis detineri, ſicut David adire inferos debebat.

51. His præmiſſis, hunc eſſe contendit orationis Hilarii ſenſum, videlicet non ſtatim David ex terrena, corporeaque natura transformari debere in ſpiritalem gloriam, & abſorpta corruptione ex mortali immortalem fieri, non ſtatim perfectæ beatitudinis adire poſſe hæreditatem, quæ animæ, corporique redditur, non ſtatim in terram viventium, paradiſi incolatum deducendum eſſe; ſed expectandum ei in inferis eſſe, donec reſurrectionis dies adveniet! expectandum, inquam, in inferis eſſe, non ut ſejunctus interim vivat a Dei conſpectu; ſed, ut a corpore ſeparatus abſoluto gloriæ cumulo, deliciarumque plenitudini reſervetur, quæ ei ad vitam reſtituto debei contingere. (1)

52.

(1) Celebri teſtimonio ex tract. in pſalm. 118. n. 8. a nobis deſumpto aliam dari poſſe explicationem innuit Feltrius pag. *62*. verſus fin. quæ in eo conſiſtit, ut ſi *inferorum* nomine *ſepulchrum* ab Hilario hoc loci deſignatum contenderet, ita ut ſit ſenſus, antequam David ſalvetur, obeundam illi fuiſſe mortem, adhuc ſuſtinendum ſepulchrum: & carnis interitum, ſeu diſſolutionem perferendam: poſt hæc autem *ſalvabitur, cum ex corporea, terrenaque natura in ſpiritalem gloriam transformatus, nullum adverſantis inimici periculum metuat* &c. obviam ſane, planam, ac expeditam maxime interpretationem propugnaret, cui nihil prorſus inveniri poteſt, quod repugnet. Non orationis contextus: quinimmo hic in ea, quæ ſequuntur verba, ut mox oſtendit, commodiſſime quadrat. Non ipſa *inferorum* notio. Conveniunt quippe omnes vocabulum *inferi*, Hebraice *Scheol*, pro *ſepulchro*, ſeu loco humatorum corporum ſæpe accipiendum eſſe in ſacris libris antiquæ legis. Sed quæ hactenus eſt locutus, ſatis ſuperque eſſe arbitratur ad argumentum noſtrum infringendum; quapropter ſufficere putat alteram hanc indigitaſſe reſponſionem.

Melius longe multo feciſſet Adverſarius, ſi ne indigitaſſet quidem hanc reſponſionem, cum utrique, hoc eſt, contextui, & *inferorum* notioni, ea aperte repugnet. Contextui quidem: fac enim per *inferos* intellectum fuiſſe ab Hilario *ſepulchrum*; cum verbis ſequentibus, *Tunc ſalvabitur* &c. conſummatæ beatitudinis delicias, quæ poſt corporum reſurrectionem Sanctis promiſſæ ſunt, ſignificari velit Adverſarius, conſequens erit propterea de Hilarii ſententia Davidl primum

mor-

52. Verum quo ſenſu ſumantur ab Hilario phraſes iſtæ, *paradiſi incolatus*, *terra viventium*, ſatis me arbitror declaraſſe parag. 20. Unum tamen hic addam ex tract. in pſalm. 51. num. 17. ubi hæc habet S. Doctor: *Avulſus* (peccator) *de tabernaculo eradicabitur, & de terra viventium: qui enim non manebit in Chriſto, regni Chriſti incola non erit.... Eradicatur enim de terra viventium, quæ in beata regione Sanctis Domino conregnantibus præparatur: cujus ipſe in Evangelio meminit*, dicens, Beati manſueti, quoniam ipſi hæreditabunt terram: *& hic idem Propheta*. Et placebo Domino in regione vivorum. Audis *terram viventium* vocari ab Hilario *regnum Chriſti*, & *beatam regionem, quæ præparatur Sanctis Domino conregnantibus?* Jam vero cuique in lectione Hilarii perito compertum eſt, regnum Chriſti, & regionem beatam, quæ preparatur Sanctis Domino conregnantibus, non eſſe ſedem juſtorum poſt corporum reſurrectionem, ſed lo-

---

mortem obeundam fuiſſe, dehinc ſepulchrum ſuſtinendum, tandem obtinendam ſalutem, proindeque Davidem ex Hilario deducendum eſſe de vita ad mortem, de morte ad ſepulchrum, de ſepulchro ad locum ſalutis, ſeu ad conſummatæ beatitudinis gaudia, atque delicias. Quocirca ſenſus erit David ſalutem non eſſe conſecuturum, niſi poſtquam e mortuis fuerit revocatus: tamdiu enim illi ſepulchrum eſt perferendum. Jamvero nonniſi in mundi termino ad vitam David revocabitur. Sua igitur ſponte fluet David ſalutem non habiturum ante finalis reſurrectionis diem; proindeque nedum a tempore ſui obitus ad uſque Chriſti ad inferos deſcenſionem cęleſti gloria caruiſſe, verum etiam ea nunc privatum exiſtere: unde ulterius manaret ex illis fuiſſe Hilarium, qui cęleſtem hæreditatem nonniſi poſt corporum reſurrectionem adiri poſſe exiſtimarunt, ſicque ex hac Adverſarii interpretatione illa abſurda ſequerentur, quæ ex interpretatione noſtra ſequi paragrapho 65. contendit.

Repugnat deinde præfata reſponſio *inferorum* notioni: quamquam enim vocabulum *inferi*, hebraice *Scheol*, per metonymiam, aliumve tropum, ut ſæpe etiam aliæ voces, ſignificet aliquando, vel ad ſignificandum aſſumi commode poſſit vel ſepulchrum, vel etiam in genere *ſtatum mortuorum:* attamen proprie, ac naturaliter non ſepulchrum, ſed aliquam ſubterraneam voraginem, aut profundiorem terræ locum ſignificat, quemadmodum Cl. P. Vincentius Patuzzi multis antiquæ legis auctoritatibus diſertiſſime more ſuo oſtendit in Lib. *de Sede inferni in Terris querenda* p. 2. c. 3. Quod hiſce verbis conficit, abſolvitque: *Ex his, quæ copioſe tractata ſunt liquet vocem Scheol in Veteri Teſtamento ſæpe adhibitam juxta propriam, ac nativam vim ſuam, non ſignificare neque mortem, ſive mortuorum ſtatum in genere a loco ſejunctum, nec ſepulchrum, aut tumulum, in quo conduntur cadavera, licet per metonymiam, aliumve tropum ad ea etiam ſignificanda aliquando ſumptam fuiſſe largiamur; ſed ſubterraneam cavitatem, ſive voraginem, aut profundiora telluris loca.*

locum, ubi Sancti cum Domino, hoc eſt cum Chriſto, quem Domini nomine S. Epiſcopus deſignat vitam ducunt claræ, & intuitivæ Dei viſionis participes, donec reſurrectionis dies adveniat. Quamquam ergo terram viventium pro ſtatu Sanctorum poſt corporum reſurrectionem interdum acceperit Doctor Sanctiſſimus; plerumque tamen eam uſurpat pro regione Sanctorum, antequam finalis reſurrectio perficiatur. Ludit itaque, illuditque Adverſarius, cum phraſes illas de plena, omnimodaque hominis beatitudine, una ſcilicet cum corpore, fuiſſe ut plurimum ab Hilario uſurpatas dicit.

53. Quoad alteram locutionem, ſcilicet, *tranſire in cæleſtem Hieruſalem*, ſi acutiſſimus Monachus Petrus Couſtantius innuit vocibus illis indigitari ab Hilario Beatorum ſtatum poſt corporum reſurrectionem: nihilominis alii Theologi, & hi quidem magni, atque nobiles exiſtimarunt eas ſignificare locum Sanctorum ante reſurrectionis diem. Præterea etiamſi Theologi vulgo omnes convenirent, hujuſmodi vocibus exprimi ſtatum Sanctorum, qui reſurrectionem præcedit, inde tamen conſectarium non eſſet, quod Adverſarius contendit; nam non ſolum ex illis verbis, verum etiam ex aliis locutionibus paullo ante recenſitis colligimus, Hilarium exiſtimaſſe, Piorum animas Novi Teſtamenti corporibus ſolutas in inferno non detineri, ibique frui jucundiſſima divinæ eſſentiæ præſentia, ſed in alium locum transferri, ubi Deum facie ad faciem vident, & indeſinenter contemplantur.

54. Ex dictis conſtat manifeſte illorum verborum, *Adhuc ei inferi ſuſtinendi ſunt*, non eum eſſe ſenſum, quem Feltrius excogitavit, ſed ipſa potius ita intelligenda eſſe, ut David ſtatim poſt mortem non ſalvetur, hoc eſt non ſtatim paradiſi, ſeu regni Chriſti particeps fiat, non ſtatim percipiat beatificam viſionem, ſed primum inferos ſuſtineat, tum paradiſi ſit incola, demum corporis reſurrectionem, carniſque obtineat immortalitatem.

55. Ex ſexcentis fere Hilarii locis, in quibus ipſe tradit, Dei Filio ſedes infernas inviſente collatam primum fuiſſe veteribus Juſtis contemplationem Dei facie ad faciem hæc potiſſimum ſelegi: tum quia in iſtis hanc Doctrinam luculentius docet, quemadmodum loquendi rationes, quas continent, aperte declarant: tum quia hæc præcipue a nobis auferre Feltrius attentat. Quocirca ea præ oculis ſemper habe, ac inceſſanter conſidera, & quamlibet S. Doctoris auctoritatem facili negotio explicabis. Interim illud agendum eſſe puto, ut Adverſarii argumentationes quam breviſſime etiam refellamus.

56. Primum itaque argumentum deſumit ille ex tract. in pſalm. 2. num. 48. ad illa Prophetæ verba: *Apprehendite diſciplinam, ne quando iraſcatur Dominus, & pereatis de via juſta cum exarſerit in*

*brevi ira ejus* &c. in quæ ſic loquitur Hilarius: *Pereunt autem* [impii] *de via juſta, cum exarſerit in brevi ira ejus. Non moroſa hæc ira eſt, per quam de juſta via pereunt: ne quis ſibi interim in pęnæ lucro inter moras judicii blandiatur. In brevi namque exardeſcit ira. Excipit enim nos ſtatim ultor infernus .... Teſtis nobis Evangelicus dives, & Pauper: quorum unum Angeli in ſedibus Beatorum, & in Abrahæ ſinu locaverunt, alium ſtatim pęnæ regio ſuſcepit. Adeo autem ſtatim pęna mortuum excepit, ut etiam fratres ejus adhuc in ſupernis manerent. Nihil illic dilationis, aut moræ eſt. Judicii enim dies vel beatitudinis retributio eſt æterna, vel pœnæ. Tempus vero mortis habet interim unumquemque ſuis legibus, dum ad judicium unumquemque aut Abrabam reſervat, aut pęna.* Quæ poſtrema verba cum ſibi Tournellius objeciſſet *De Deo, & Divinis Attributis* q. 12. a. 1. in hæreticorum perſona ajentium beatitatem ſanctis animabus uſque ad judicii diem etiam a Pictavorum Epiſcopo retardatam fuiſse, hunc in modum interpretatur: *Judicii dies, de qua loquitur* (Hilarius) *eſt dies judicii, non ultimi, & univerſalis, ſed particularis, quod ſtatim a morte homo experitur. Quod ibidem probat S. Doctor* exemplo *Divitis Epulonis, & Lazari, qui uterque ſine mora ſtatim judicatus fuit; & iſte gloriam, ille vero debitam pœnam reportavit. Unde teſtimonium illud S. Hilarii favet plurimum cauſæ catholicæ nedum ipſi noceat.*

57. Ad tuendam hanc interpretationem ab eximio viro Joanne Cadonico in ſuis vindiciis Auguſtinianis c. 16. parag. 266. commendatam illud movet Adverſarium, quod Theologi vulgo omnes ex eodem Hilarii teſtimonio argumentum depromant contra hæreticos pro aſſerenda ex Hilario Dei viſione animabus juſtorum N. T. ante corporum reſurrectionem donanda: jamvero eaſdem ob cauſas, propter quas aptiſſimum illud eſt illi dogmati aſſerendo, aptiſſimum quoque illud fateamur oportet ad ſtabiliendum Lazarum, ac cæteros proinde Vet. Teſtamenti juſtos de Hilarii ſententia conſecutos ſtatim juiſſe Divinitatis conſpectum. Erg. &c.

58. Porro cauſæ, ob quas hoc teſtimonium Theologi omnes uſurpant ad evincendum ex Hilario Sanctis hujus Teſtamenti ſtatim poſt mortem conferri cæleſtem beatitudinem hæ ſunt: 1. quod S. Doctor in pſalm. 67. num. 4. ita ſcribat. *Æqua judicii cæleſtis, & juſta moderatio eſt, ut peccatores morte conficere, ita & juſtos lætitia remunerari.* 2. id colligitur ex ampliſſimis vocabulis, quibus piorum poſt mortem deſcribitur ſtatus, locuſque, *in ſedibus Beatorum, beatitudinis retributio &c.* 3. ex voce *æterna* ei addita ſtatui, quem beatitudinis retributionem appellavit Hilarius, *beatitudinis retributio æterna.* Ex hac enim triplici cauſa Cl. Muratorius Hilarium ab Millenariorum errore vindicat lib. de Parad. &c. c. 12.

E 59. At

59. Atqui hæc omnia æquo jure evincunt, Hilarium idem ſenſiſſe de piorum in ſinu Abrahæ beatitudine ante Chriſti obitum, ſpeciatim vero de Evangelico Paupere, cujus poſt mortem conditio ab Hilario deſcribitur: ergo vel ex illo teſtimonio non probatur Hilarii ſententia de prompta nunc beatitudinis retributione pro animabus juſtorum, vel ex illo etiam efficitur, Lazarum, & antiquos juſtos non expectato Reparatoris noſtri adventu in Beatorum hæreditatem fuiſſe admiſſos. Primum contra Theologos eſt, & obeſt nonnihil cauſæ catholicæ, cum de aliis Patribus idem inſtitui poſſit argumentum; alterum contra receptam tantum in Scholis opinionem eſt; juvat ergo poſtremum amplecti. Et re quidem vera, 1. aperte probatum habemus Evangelica narratione, e corpore decedentes confeſtim vel pœnæ, vel beatitudinis regione excipi, quemadmodum contigit Evangelico Diviti, & Lazaro. 2. habemus de Lazaro diſertiſſime pronuntiatum ipſum ab Angelis *in ſedibus Beatorum, & in ſinu Abrahæ* fuiſſe locatum. 3. tandem habemus juſtos quoslibet in particulari judicio Lazari exemplo recipere *beatitudinis reſtributionem æternam*. Habemus ergo tria illa, quæ de juſtis N. T. prædicata certiſſimo indicant eorum felicitatem, & beatificam divinæ eſſentiæ viſionem. Neceſſe eſt ergo, ut iiſdem tribus ex capitibus inferamus Lazarum quoque, & cæteros veteris legis viros optimos ſtatim a morte fuiſſe Dei præſentia lætatos. Ita Feltrius in hoc Hilarii teſtimonium ratiocinatur, ſuamque declarationem aliis S. Doctoris auctoritatibus ejuſdem ſenſus, atque ſententiæ nititur roborare. Sunt autem illud, quod legitur tract. in pſal. 118. lit. 18. num. 10. *Eterna Dei teſtimonia Lazarus pauper expectat, & Abrahæ ſinu) continetur, & miſeriam vitæ laborioſæ beatæ quietis bonore demutat*. Illud item in pſalm. 122. num. 11. *Idcirco anima ejus ab Angelis poſt carnis diſſolutionem beata in Abrahæ ſinum fertur*. Tandem illud in pſalm. 57. num. 6. ubi Hilarius lætitiam fuiſſe Lazaro dixerat, dum divitem in pœnis aſpiciebat. *Quia deductum ſe per Angelos in æternam requiem lætatur*. (1).

60. His

---

(1) Ad *quietis*, & *requiei* vocabula tam ſæpe, ut ipſe loquitur, tamque magnifice ab Hilario de Lazaro uſurpata, ut attentionem afferamus, vehementer Feltrius exoptat, cum exinde plurimum roboris, ac lucis ſuo argumento accedere arbitretur. 1. Quod a Theologis, & præſertim a Cl. Muratorio *de Paradiſo* &c. confectum ſit *requiem*, & *requieſcere* in ſacris litteris, & apud Patres ſignificare felicem, tranquillamque ex Dei viſione vitam juſtis jam collatam: eandemque hac de re Hilario fuiſſe mentem egregie demonſtrat ibidem c. 12. Si ergo tam familiare, & ſolemne eſt noſtro Epiſcopo *quietis*

no-

60. His abſolutis, reſponſiones deinde oppugnat, quas argumento ex illo generali principio deſumpto adhibent Theologi communis ſententiæ patroni, quarum prima hæc eſt, iis quidem aptandum illud eſſe temporibus, quæ Chriſti mortem ſubſecuta ſunt, redem-

 ptio-

---

nomine felicitatem, tranquillitatemque vitæ deſignare ex Dei adſpectu profluentem, quid impedimento nobis erit, quominus *quietem* illam, & *beatam*, & *æternam*, quam Lazaro ſtatim a morte adſcribit, & quam pluribus ſæpe commendat, eadem interpretatione donemus, velimuſque ſolidam cum Deo beatitudinem ſignificare? Deinde quia, quæ de quietis indole, ac natura generatim habet Pictavorum Magiſter, ejuſmodi ſunt, ut apertiſſime commonſtrent, eum a divinæ eſſentiæ viſione removere minime potuiſſe Lazarum, *beatæ quietis honore* a die obitus inſignitum, & *in æternum* ſtatim *requiem* deductum. De quietis porro indole, & eſſentia ita eum ſcribentem audi in pſalm. 14. num. 4. *Quies non interpellatur extrinſecus, ſed otium eſt juge, moleſtia carens, quod in ſtatu ſuo maneat. Cæterum ſi inquietudo ſe miſceat, otii & naturam, & nomen amiſit*: & extremo num. 5. *Quieſcitur autem, quia nullus fit ex infirmitatibus dolor, nullus ex inopia metus: ſed omnibus firmitate ſua per virtutem æternitatis utentibus in his ſit extra quæ nihil indigeat quieſcendum*. Compone hæc, ſi potes, cum moleſtia illa graviſſima ex divini conſpectus jucundiſſimi privatione, & cum dolore ex dilatione gloriæ, quam inflammato Lazarus ſtudio in ſinu, complexuque Abrahæ commorans præſtolabatur. Quamquam enim magna illi ſuppeditari debuerit oblectationis, & gaudii copia ex firma omnino, ac ſtabili ſpe Deum aliquando tandem videndi, ac perfruendi; diſſimulari tamen nequit, ſuam pœnæ, quam damni dicunt, acerbitatem ſtetiſſe, magnitudinemque, ita quidem, ut dolere, mærere, triſtari debuerit pauper ille Lazarus, eo quod ſummi boni poſſeſſionem nondum iniverit. Quæ cum ita ſint, quies certe vera nullo modo dicenda ea eſt ex Hilarii ſententia. At veram de Lazaro quietem indicat Hilarius, cum abſolute, & magnifice de illa loquatur. Removit ergo a Lazaro *moleſtiam* quamlibet, *inquietudinem*, & *dolorem*, atque idcirco voluit, eum ſolide beatitudinem adiiſſe. Ad rem hanc etiam maxime facere putat Vir Eruditiſs. quæ de animæ defectione ob expectationem boni futuri ſapientiſſime Hilarius pronunciat tract. in pſalm. 118. lit. 11. num. 1. & 2. Ad quem proinde Lectorem mittit, ut exinde intelligat, quantus eſſe Lazaro debuiſſet dolor, luctus, & angor animi, ſi divinæ eſſentiæ intuitus dilatus ei fuiſſet uſque ad Chriſti mortem.

Unum interim addit, quod ſeſe illi offert ex tract. in pſalm. 62. num. 7. *Eſt enim & vita poſt vitam, quæ in Abrahæ finibus vivendum eſt, in qua Dei nomen pauperis quiete benedicitur*. Quid porro ſibi hæc volunt, niſi vivendum nobis poſt mortem cum Deo, ac donatis quiete, quæ Lazaro reddita eſt? Quemadmodum ergo quies noſtra, ipſo Hilario alias teſtante, ex Dei profluet adſpectu, ita & quæ ſtatim a die obitus pauperi eſt conceſſa.

Verum enim vero hæc Feltrio dare poſſemus, ſi loca, in quibus de Laza-

206



ptionis nempe, & gratiæ, referri vero nullo modo poſſe ad legis tempora, cum nempe impedimento vel maximo retinebantur piorum animæ a cæleſtis beatitudinis poſſeſſione.

61. Jamvero huic ſolutioni occurrit ipſe dicendo nullum in Hilario

---

Lazaro Hilarius loquitur, accipienda eſſent, aut de tempore, quod Chriſti mortem præceſſit, aut de beatitudine *in re*, aut denique de tempore, quo obiit Pauper Evangelicus. Aſt cum loca illa intelligenda ſint vel de temporibus, quæ Chriſti mortem ſunt ſubſecuta, vel de beatitudine *in ſpe*, vel demum de tempore, quo Lazarus beatitudinem iniit, ut conſtabit ex parag. 61. & ſequentibus, nihil proinde roboris, ac lucis ex verbis *quietis*, *& requiei* tam ſæpe ab Hilario de Lazaro uſurpata accedere poteſt Feltrii argumento. Præterea, verbis *quietis*, *& requiei*, ſaltem ut plurimum, non eam ſubjici notionem a Scripturis, & Patribus, quam Adverſarius contendit, ex ipſiſmet Scripturis, Patribuſque compertum eſt. Nam cum illæ æternam piorum felicitatem, quæ in videndo Deo ſita eſt, deſignant, ac notant, multo eam magnificentioribus verbis declarant, illuſtrioribuſque ſententiis. Vocatur e. g. a Davide torrens voluptatis, a Paulo viſio facie ad faciem, ab Joanne viſio Dei, ſicuti eſt, a Petro immarceſſibilis gloriæ corona, a Servatore noſtro Paradiſus, gaudium Domini, cœna magna, vita æterna; alibi dicitur regnum Dei, aut cælorum gloria, item ad quam inſtar nihili obtinent paſſiones hujus ſæculi, tum merces copioſa, bona, ut finem faciam, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec unquam in cor hominis aſcenderunt. Paribus loquendi formulis inſignitur a Patribus: dicitur enim ab ipſis purum lumen, menſa regalis, potus ſuaviter inebrians, &c. & quoniam de Hilario ſingulariter fit mentio, *paradiſus*, *terra viventium*, *beata Hieruſalem*, *Chriſti regnum*, *& hæreditas*, *cætus*, *& conventus Sanctorum*, aliiſque ſimilibus locutionibus ab ipſo deſcribitur. Quapropter etſi non negaverim *quietis*, ac *requiei* vocibus contemplationem Dei facie ad faciem interdum Patres ſignificaſſe, & præcipue Hilarium, plerumque tamen amplioribus verbis eam illi indicarunt. Quæ cum ita ſint, quomodo aſſerere potuerit Feltrius, a Theologis confectum fuiſſe *requiem*, *& requieſcere* in ſacris litteris, & apud Patres ſignificare felicem, tranquillamque ex Dei viſione vitam juſtis jam collatam, plane non video.

Ex his, quæ ab Hilario de Lazaro proferuntur, facile conciliantur cum pœna, quæ ex divini conſpectus jucundiſſimi privatione, & cum dolore, qui ex dilatione gloriæ proveniebat. Nam vel teſtimonia, in quibus Pauperis Evangelici meminit S. Doctor, referenda ſunt ad tempora, quæ ſubſecuta ſunt Chriſti mortem, vel ad tempora, quibus Lazarus beatitudinem iniit; & tunc ex illis nihil concludi poteſt contra communem ſententiam; vel ſumenda ſunt de beatitudine *in ſpe*; & tunc illorum ſenſus eſt Lazarum ſtatim a morte certum, ac ſecurum fuiſſe de *beatæ quietis honore*, de *æterna requie*, ac de illa quiete, cujus indolem, atque eſſentiam deſcribit Hilarius tract. in pſalm. 14. num. 4. & 5. eamque ſecuritatem, & certitudinem mirum in modum

Digitized by Google

lario deprehendi poſſe veſtigium , quod piorum Veteris T. animæ in Dei conſpectum tunc venire non potuerint ob labem illam hæreditariam, cujus pœnam necdum Chriſtus perſolverat , aut , quod cæleſtis vitæ prœmia deferri piorum animis non potuerint vi ſanguinis, etſi nondum effuſi, a Chriſto tamen præſtituta die effundendi, quamvis vi ejuſdem ſanguinis a Chriſto effundendi hominibus condonarentur culpæ, & flagitia, dareturque præterea gratia, qua & placerent Deo, & ſalutares poſſent ſuſcipere, edereque actiones: ſed, ſi ad examen revocare lubeat textus fere omnes , quibus ampliſſimum mortis Chriſti fructum nobis exhibet S. Doctor, eum potiſſimum ab Hilario recenſeri noverimus, qui in mortis triumpho, corruptionis victoria , corporum tandem ad vitam reſtitutione conſiſtit, per quam cumulatæ in cælis beatitudinis anima , & corpore efficimur participes. Rem hanc probat Vir eruditus pluribus hoc ad argumentum ob oculos poſitis Hilarii ſententiis, a quibus, quia ultro, citroque concedimus finalis reſurrectionis beneficium, etiam , ſi lubet, ut potiſſimum mortis Chriſti effectum nobis ab Hilario proponi, ab illis, inquam, referendis abſtinemus. Aſt dare nullo modo poſſumus, S. Doctorem, ut mortis Chriſti fructum , etiam illum nobis non exhibere, qui conſiſtit in peccati victoria , damnationis triumpho, hominis tandem ad paradiſum reſtitutione , per quæ clara , & intuitiva Divinitatis viſione donamur. Comment. in Matth. c. 8. num. 7. hæc Hilarius ſcribit : *Porro, ut ipſe* ( Chriſtus ) *in corpore poſitus intelligi poſſet , qui & animis peccata dimitteret , & reſurrectionem corporibus præſtaret: ait*, Ut ſciatis , quoniam Filius hominis habet poteſtatem in terra dimittere peccata, ait paralytico, ſurge, & tolle lectum tuum. *Satis fuerat dixiſſe*, ſurge ; *ſed quia omnis erat perficiendi operis ratio explicanda*; *adjecit* , Tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. *Primum remiſſionem tribuit peccati, dehinc virtutem reſurrectionis oſtendit, tum ſublatione lectuli infirmitatem, ac dolorem corporibus affuturum, poſtremo reditu in domum propriam iter in paradiſum credentibus eſſe redhibendum* . In pſalm. 61. num. 4. *Poſtea quam Dei ſpiritum, Dei virtutem, Dei ſapientiam, Dei Filium, & Unigenitum Deum ad remiſſionem peccati, condemnationemque peccati legis hominem natum eſſe cognoverit, qui*

*hu-*

dum eum recreaſſe, ac ſin minus integre , tamen maxima ſaltem ex parte leniviſſe pœnam, ac dolorem, qui ob gloriæ dilationem Lazarum excruciabat.

Jamvero, quæ tract. in pſalm. 118. lit. 11. num. 1. & 2. de animæ defectione ob expectationem boni futuri Hilarius proloquitur, ſicut etiam quæ habet tract. in pſalm. 62. num. 7. alibi enucleabimus , eaque Feltrio non favere, ſed potius adverſari, evincere conabimur.

Google

*humanarum paſſionum ſorte perfunctus ad condemnanda in ſe cæleſtium nequitiarum impia tentamenta ſit mortuus, ut æternitatem omnibus, qui per habitantem in carne noſtra peccati legem moriebamur, inveheret*. Ne autem dicas, S. Epiſcopum de ſola corporis æternitate, quæ obtinetur per finalem reſurrectionem, ſermonem habere, paucis interjectis ſubdit: *Quid ultra ignorationi, anxietatique hominum eſt relictum, cum æternitas animæ, & corporis, ideſt totius hominis prædicetur, cum aſſumptio noſtræ carnis a Deo ſub ſacramento magnæ hujus pietatis oſtenſa ſit, cum peccatorum remiſſio condemnata peccati lege ſit præſtita, cum homini noſtro a dextris Dei conſeſſus in cælis ſit?* Ergo de utraque æternitate, animæ ſcilicet, & corporis loquitur: ergo cum dicit *per habitantem in carne noſtra peccati legem omnes moriebamur*, loquitur nedum de morte corporis, verum etiam de morte animæ, proindeque cum addit, Chriſtum eſſe *mortuum, ut æternitatem nobis inveheret*, nedum corporis reſurrectionem, verum etiam animæ beatitatem fructum mortis Chriſti eſſe teſtatur, ſeu in ſua morte Chriſtum nedum corporum ad vitam reſtitutionem, ſed etiam animæ felicitatem nobis præbuiſſe, declarat. Demum, ne omnia loca commemorem, in pſalm. 138. num. 26. *Domino itaque paſſio iſta deliciæ ſunt, dum ... eum* (hominem,) *quem ad imaginem ſuam fecerat, redimit, dum paradiſii deliciis reſtituit*. Quæ cum ita ſint, dicat modo Feltrius, nullibi ab Hilario fuiſſe traditum, quod piorum animi in V. T. a cælorum regno amoverentur ob originalem noxam. Teſtimonia S. Doctoris mox recenſita contrarium certe manifeſte evincunt. Si enim Chriſtus natus, ac mortuus eſt ob delendum peccatum, damnationem auferendam, donandamque nobis animæ perinde, ac corporis æternitatem, quam perdideramus, redimendum genus humanum, redhibendas nobis paradiſii voluptates: ergo ante Chriſti ortum, atque obitum perdurabat peccatum, damnatio regnabat, denegabatur homini ſempiterna felicitas, homo captivitati erat obnoxius, & ab ingreſſu in paradiſum prohibebatur. Qui ergo tunc temporis tribuebatur hominibus beatifica viſio, quæ, Chriſto Domino in Evangelio teſte, nonniſi perfectis, a quavis labe expiatis, Dei hæredibus, cohæredibus autem Chriſti conceditur? Ex Hilario itaque conſtat pœnam peccato debitam fuiſſe, ut ejiceremur a Dei conſpectu, nec niſi oppetita morte a Chriſto in cœlum redire poſſemus. Quocirca jure merito Theologi decantatum Hilarii teſtimonium ad tempora Chriſti mortem ſubſecuta, redemptionis nempe, & gratiæ revocant. Id, quod agnovit vir longe Doctiſſimus Petrus Couſtantius illuſtris Operum S. Doctoris Editor. Nam præfat. gener. parag. VI. num. 98. & 99. obſervans duplex Sanctorum regnum ab Hilario diſtingui, alterum a die, qua juſtus quilibet in-

te-

terit, uſque ad univerſale judicium, quod appellat regnum Chriſti, alterum ad judicio univerſali, nulla duratione circumſcriptum, ſed in perpetuas æternitates permanſurum, quod vocat regum Dei, phraſes illas, *in ſedibus Beatorum*, *in æternam requiem*, *beatæ quietis honore &c.* ad regnum Chriſti, quod incœpit poſt ejus mortem, & ad inferos profectionem, pertinere pronuntiat.

62. Altera reſponſio eſt, ſinui Abrahæ non eandem ſemper rem Eccleſiam, & Patres ſubjeciſse, ſed nunc aut cælum deſignaſse, aut Sanctorum hominum cœtum, quos ſuo Deus adſpectu lætificat, aut demum opportunum aliquod animarum diverſorium, in quo illæ ad tempus commorentur expectantes beatæ illius ſpei conſummationem, ex qua ſpe magnum gaudium percipiebant.

63. Verum hæc etiam reſponſio Felrio diſplicet. Quidquid enim ſit de cæteris PP. in quorum ſententias illi non eſt animus, attamen omnino negat non eandem ſemper rem Pictavorum Epiſcopum intellexiſse per ſinum Abrahæ. Nam quid eo nomine ſignificaverit Hilarius, ex iis cenſet colligi debere vocabulis, verborumque additamentis, quibus vel ſinum illum deſcribit, vel eorum, qui ad eundem divertunt locum, exequitur felicitatis ſtatum; atqui ſinum Abrahæ, vivendique genus ibi commorantium iiſdem ſemper locutionibus proponit, nec amplioribus, aut ſignificantioribus alibi unquam utitur: idem ergo per ſinum Abrahæ conſtanter notavit Hilarius. Profecto ſi diverſam aliquando notionem ei ſinui ſubjeciſset, voluiſsetque interdum indicare locum tantummodo quietis, & otii, interdum vero locum beatitudinis in Dei viſione ſitæ, id potiſſimum apparere deberet ex iis teſtimoniis, quibus de ſinu Abrahæ loquitur comparate ad Lazarum, qui in eum locum ſtatim a morte delatus perhibetur: atqui ampliſſimis tunc maxime utitur phraſibus, loquendique formulis, iiſdem nempe, quas ſolet adhibere, dum loci meminit, ſtatuſque animarum beatarum in Novo Teſtamento. Quid enim eſt, Lazarum *in ſedibus Beatorum* ſtatim locari? Quid *beatitudinis retributione æterna* inſigniri? Quid miſeriam vitæ laborioſæ demutaſſe *beatæ quietis honore*? Quid in ſinum Abrahæ deferri animam Lazari *beatam*? Conſtat ergo Hilarium non in alium ſenſum uſurpaſse ſinum Abrahæ, etiam ubi de Lazaro agit, quam in eundem illum, quem vulgo adhibet de cæteris Sanctis Novi Teſtamenti.

63. Verum, imo veriſſimum eſt, ex his vocabulis, verborumque additamentis, quibus ille vel ſinum Abrahæ repræſentat, vel eorum, qui ad ipſum divertunt, exprimit ſtatum, erui debere, quidnam illius nomine Hilarius intellexerit. Atqui ex vocabulis, additamentiſque verborum, queis hujuſmodi locum nobis exhibet eruitur, Hilarium non eandem ſemper rem, ſed rem plane diverſam per illum indigitare: nam modo *beatorum ſedem æternam requiem* &c. modo *infernum*

*fernum* ipſum appellat: tract. in pſalm. 58. num. 10. *Deſcendente eo* [ Chriſto ] *Sanctos ejus inferi non tenent*: animos vero in eo diverſantes modo *beatitudinis retributione æterna*, & *beatæ quietis honore* potiri affirmat, modò debere *inferos ſuſtinere*, & expectare conſolationem, ſeu, ut alibi ſe explicat, *redemptionem* pronuntiat. Idem ergo per ſinum Abrahæ conſtanter Hilarius non ſignificavit. Ad id, quod additur, reſpondeo, non ſolum ex iis teſtimoniis, quibus de ſinu Abrahæ loquitur S. Epiſcopus comparate ad Lazarum, verum etiam ex illis, quibus loquitur de ipſo comparate ad David, aliosque Sanctos Veteris Teſtamenti, innoteſcere nobis debere, num diverſam aliquando notionem ei ſinui Hilarius ſubjecerit; nam David, aliique veteres Sancti, perinde, ac Lazarus, ſtatim a morte in illum delati fuerunt. Aſt cum Hilarius de ſinu Abrahæ agit comparate ad David, ac reliquos juſtos Veteris Teſtamenti, loquendi rationibus utitur longe diverſis ab illis, quas adhibet, dum loquitur de loco, & ſtatu animarum beatarum Novi Teſtamenti: nam de iſtis ſcribit ſtatim, ac de vita decedunt, eas recipi *in cæleſtem Hieruſalem in terram viventium*, *in paradiſi incolatum*, *in regnum hæreditatis* &c. ibique cum Chriſto vivere, lætari, regnare, ac manere *in Domini ſuſceptione*: de illis vero aſſerit, ſtatim poſt mortem ipſas ſedes infernas adire, ibique conſolationem, quæ in redemptione ſita eſt, deſiderare, ac expectare, ipſis inferos ſuſtinendos eſſe, antequam ſint paradiſi incolæ. Non ergo Hilarius in eundem ſemper ſenſum Abrahæ ſinum uſurpaverit, ſed illo interdum indicare voluit locum tantummodo quietis, & otii, interdum vero locum cæleſtis beatitudinis in Dei viſione ſitæ.

64. Nec, ut falſo opinatur Adverſarius, movere nos debent, quæ diſputat Cl. Muratorius lib. de Parad. c. 12. adverſus Burnetum trahentem in inſomnii ſui ædificium ſinum Abrahæ quaſi per has voces carcer ille deſignetur, in quem dormitantes conjecit juſtorum ſimulque & injuſtorum animas: nam ſinum Abrahæ accipiunt Patres ad indicandum locum beatitudinis inchoatæ, imo prægrandis, cui ſcilicet per corporum reſurrectionem nonniſi plenitudo, ſeu perfectiſſimus gloriæ cumulus debeat ſuperaccedere, cum ſermo eſt de hoc ſinu poſt Chriſti adventum ejuſque obitum, ac deſcenſum ad inferos, ut in notis ad 4. Epiſtolam demonſtravimus; non autem cum prævie ad Chriſti mortem ſermo de ipſo venit: tunc enim hujuſmodi ſinum paſſim deſcribunt Patres, ceu locum, in quo Patriarchæ, ac reliqui juſti Veteris Teſtamenti omni pœna ſenſus vacabant, ſpe futuri Liberatoris, beatitudinis ſecuritate, revelatione proximæ redemptionis, aliiſque id genus recreabantur; carebant tamen beatificâ eſſentiæ divinæ viſione, & ob id non parum dolebant. Id, quod etiam Hilarius præſtitit, quomodo ex dictis tum parag. præced. cum

aliis

alibi conſtat manifeſte. Quapropter hac in re Muratorio conſentire non poſſumus, qui primo dumtaxat ſenſu ſinum Abrahæ a Patribus fuiſſe acceptum contendit.

65. Faciliori negotio Feltrius labefactare ſe poſſe arbitratur tertiam reſponſionem in eo ſitam, quod Hilarii dicta intelligenda ſint apte, accommodateque ad perſonas, & tempora: hoc eſt quod accipienda ſint de beatitudine, ſive de præmio, non re quidem ipſa, ſed ſpe ſtabili, ac certa obtentis; non quod Deum e veſtigio Lazarus adierit, atque inſpexerit, ſed quod in ſinum Abrahæ receptus, ſit, ubi interim lætabatur, gaudebat, habebatque oppetitæ mortis ſolatia, ſuo deinde tempore cumulatæ ejus beatitudinis, quæ Dei adſpectu efficitur, poſſeſſionem aditurus: hunc in modum veram beatitudinis retributionem, & requiem Lazaro datam eſſe, ſed accommodatam loco, & tempore, vel fortaſſe etiam probabilius non ad diem, quo Lazarus obiit, referri oportere, ſed ad tempus, quo beatitudinem iniit, quæ ei tamen beatitudo ſtatim ab obitu debebatur, impedimentis remotis.

66. Nam hac admiſſa reſponſione de aſſiduis, diligentiſſimiſque Theologorum laboribus actum eſſe declarat, quibus conati ipſi ſunt hactenus componere Hilarii ſententias, quæ nonnihil difficultatis præſeferre videbantur, cum Florentini Tridentinique Conciliorum definitionibus: ſicut etiam non amplius Theologis inſudandum eſſe, ut ex Pictavienſi Magiſtro teſtimonia congerant ad aſſerendum, piorum animabus, ſtatim ac e vita migrant, Dei conſpectum in cælis concedi: quippe quia quaſcumque adduxerint illi ſententias ex Galliæ Epiſcopo, preſto erunt Burneti gregales, qui eas omnes apte, accommodateque ad perſonas, & tempora intelligendas eſſe totis viribus contendent.

67. Verum gerræ gerræ hæc ſunt, eæque vaniſſimæ. Non enim ſi Hilarii dicta, de quibus diſceptatur, comparate ad tempora; & perſonas ſumantur, aut explicentur de beatitudine Lazaro non e veſtigio conlata, ſed ſuo tempore ei conferenda, ſtatim conſequens fiet, quaſcumque Theologi ſententias ex Hilario accerſierint, eas omnes poſſe Burnetum, ejuſque ſodales eodem modo interpretari. Sic enim eludere illi non poterunt recenſita ſæpe loca, quibus Hilarius docet, animas Sanctorum hujus Teſtamenti corporibus ſolutas confeſtim tranſire *in cæleſtem Hieruſalem*, *in terram viventium*, *in paradiſi incolatum*, *in regnum hæreditatis*, ibique cum Chriſto vitam jucundiſſimam agere, *regnare* ac *in Domini ſuſceptione requieſcere*. Quod ſi ipſi regerant, paria dici a S. Doctore de Lazaro, de quo ſcribit, quod ſtatim, a morte *in ſedibus Beatorum ab Angelis fuerit locatus*, *æternam beatitudinis retributionem* perceperit, *miſeriam hujus vitæ æternæ quietis honore demutaverit*, & id genus alia, quæ prima fron-

te licet ſignificare videantur, Lazarum, oppetita morte, confeſtim in Dei conſpectum veniſſe, attamen de beatitudine *in ſpe*, non autem *in re*, a nobis explicantur: facile reſpondebimus, ideo nos hæc teſtimonia non de beatitudine ſtatim poſt mortem Lazaro conceſſa, ſed *ſpe* dumtaxat, ac certitudine, interpretari; tum quia de Davide, aliiſque viris antiquæ legis non minori ſanctitate illuſtribus, quam fuerit Lazarus, edifferens S. Epiſcopus, illis, antequam ſalvarentur, hoc eſt, paradiſi gaudia, ac delicias obtinerent, inferos ſuſtinendos fuiſse, docet, illoſque in inferno conſolationem, ſeu redemptionem expectaſſe: tum quia ante Chriſti ortum, obitumque peccatum, damnationem, ac excluſionem ab æternitate ſuperfuiſſe, pronuntiat. Unde, ne ſibi Hilarius contradixiſſe dicatur, ampliſſimas locutiones, queis loquens de Lazaro utitur, aut comparate ad perſonas, ac tempora, aut de beatitudine in ſpe accipere cogimur. Aſt eum de piorum animis N. T. e corporibus egreſſis loquitur Pictavorum Magiſter, illis phraſibus eorum ſtatum deſcribit, quæ ipſos, ubi primum e corpore evadunt, aperte ſignificant æternas conſequi voluptates: Ad hæc in Chriſti adventu, atque interitu deletum fuiſſe peccatum, redditam hominibus æternitatem, uno verbo, omnia illa de medio ſublata, quæ ab ingreſſu in regnum cælorum veteres juſtos retardabant, perſpicue affirmat: Quocirca nulla efficax ratio ſuppetit, cur loca, in quibus pios, ac optimos viros N. T. ſtatim a morte beatificæ viſionis participes effici declarat, aut comparate ad tempora, & perſonas, aut de beatitudine *in ſpe* intelligamus. His a Burneti, ejuſque gregalium deliramentis nos expediemus.

68. Aſt ſi locis ab Adverſario productis occurrat aliquis noſtræ ætatis Burnetus, doceatque hujuſmodi loca accipienda eſſe de retributione, ac beatitudine non *re* quidem, ſed ſpe ſtabili, ac certa adepta; ideoque probari ex illis non poſſe juſtos N. T. de Hilarii ſententia conſequi ſtatim Divinitatis conſpectum, quid ad hæc ipſe regeret? Confugiet ne ad ampliſſima *cæleſtis Hieruſalem* vocabula, *terræ viventium*, *paradiſi incolatus* &c? Verum quomodo ad hæc ſectarios poterit provocare, ſi illis vocibus non Beatorum ſtatum poſt mortem, ſed eorum ſedem poſt corporum reſurrectionem vult ab Hilario ſignificari? Confugiet ne ad ejus generis particulas, & phraſes, queis Hilarius indicat, Chriſtum ſuo adventu, ſuaque morte ademiſſe peccatum, damnationem ſuſtuliſſe, reddidiſſe hominibus æternitatem tam animæ, quam corporis? At quomodo his vocibus ſectariorum audaciam retundet, ſi nullibi traditum fuiſſe ab Hilario contendit, quod piorum animi Veteris Teſtamenti a cælorum regno amoverentur ob originale peccatum, ſed conſuevisſe ſemper Pictavorum Epiſcopum tanquam potiſſimum reparationis Chriſti effectum pluribus commendare beatitudinis æternæ conſummationem, ac cæle-

ſtis

ſtis gloriæ plenitudinem, qua una cum corpore donandus eſt animus? Confugiet ne demum ad illas Hilarii locutiones, quibus a Chriſto ad inferos deſcendente mortem fuiſse peremptam ſcribit S. Doctor? Verum ne his quidem ſententiis poterit illos ad incitas redigere, quia eo dumtaxat ſenſu ab Hilario dici mortem in inferno per Dei Filium fuiſse peremptam, mordicus ſuſtinet, quod, ſublata carnis corruptione, immortalitatis participes erimus per glorioſam corporis reſurrectionem! Nullum igitur effugium ei præſto erit, quo declinare poſſit Burneti, ejuſque gregalium argutationes.

*69.* Multo magis invehitur Adverſarius in quartam, ac poſtremam reſponſionem, quæ in eo conſiſtit, quòd Hilarius amplioribus, quam par eſſet vocabulis rem exornaverit, Rhetorumque more felicitatem Lazari ſtatim ab obitu, qua phraſibus, qua figuris, qua demum ſententiis plus juſto auxerit, grandioremque effecerit. Cenſet enim; hac reſponſione anſam hæreticis præberi, ut & ipſi iiſdem utantur armis ad catholicam vexandam, depugnandamque doctrinam de mortuorum ſtatu poſt Chriſti mortem. Et re quidem vera nonne illi ſæpe numero ita argumentati ſunt? Lege, quæ Burnetus inique hac de re pronuntiavit ad veterum Patrum dicta liberius, ſublimiuſque loquentium de intermedia piorum beatitudine cum ſuæ opinionis commento concilianda. Lege quæ & Dallæus generatim habet l. 1. de uſu Patrum, ex quo inde infert, difficillimum eſſe germanam Patrum mentem percipere, eorumque ſententiam veram aſſequi ſignificationem: quæ quamvis impudentiſſime, perditiſſimeque dicta ſint, ſcire tamen nos vult Feltrius hæc illis ſuppeditari momenta, quotieſcumque aſſeratur, Patres abundaſſe nimis in exprimendis Lazari, cæterorumque Patriarcharum in ſinu Abrahæ ante Chriſti mortem commorantium, voluptatibus, boniſque immortalibus. Scire præterea nos vult non longe a vero abeſſe Perri Couſtantii Maurini Monachi conjecturam opinantis in *Admonitione prævia* num. 23. Hilarii in pſalmos tractatus *primum ad populum recitatos, ac deinde nonnullis mutatis, in unum Commentariorum volumen collectos, atque editos fuiſſe*: Quo ſane poſito, exaggerationis inter perorandum ſuſpicio procul amandanda eſt. Vult denique compertum nobis eſſe, ſe ad vocabulorum eruendam vim, poteſtatemque uti maxime orationis contextu, & S. Doctoris ſcopo, quem ejuſmodi eſse contendit, ut rem ipſam ampliſſimis expreſſam vocabulis debeat omnino deſignare.

*70.* Hoc autem probare ſe poſſe exiſtimat ex eo, quod Hilarii ſcopus unus, idemque eſt ſive tract. in pſalm. 2. num. 48., cujus verba parag. 56. deſcripſimus, ſive in pſalm. 122. num 11. ubi idem argumentum repetit Hilarius. Probat ſcilicet, Deum in altera vita *in controverſiam omnia retorquere*, *& quamdam viciſſitudi-*

 *nem.*

*nem præſtare patienti*. Ad id vero conficiendum evangelicam aſſumit narrationem hunc in modum. *Teſtis nobis eſt pauper in Abrahæ ſinu quieſcens, & Dives peruſtus in pęna: Ille enim in aggeſtu fimi ante Divitis januam, fame tabidus, ulcerum ſanie defluens ſederat, canibus vulnera diſſoluta lingentibus.... Interius tamen anima ejus per fidem invulnerabilis, & ad omne telum voluptatis, ac vitia invia: & idcirco ab Angelis poſt carnis diſſolutionem beata in Abrahæ ſinum fertur. Ille vero, cui omnis veſtitus erat in purpura, cui totius civitatis nobilitas gravi dominatu ſubdita famulabatur, cui aeris, maris copiæ in uſum convivii congerebantur.... excedens hoc, quo male uſus erat, corpore, & impenetrabili a Sanctis chao ſeparatur, omni pęnarum miniſterio excipitur, dolet, vexatur, amburitur; irrorari ſe, ac refrigerari minimo digito requieſcentis in ſinu Abrahæ pauperis deprecatur... Fit alterna converſio, & demutatur lætitia in mœrorem, & mœror in gaudium*. Sortem hic nempe contrariam deſcribit Hilarius, quam conſecuti poſt mortem ſunt Lazarus, & Dives: beatam ille, quatenus per alternam converſionem mæror ejus in gaudium eſt demutatus: miſeram alter, quatenus in pęnis urebatur, quatęnus omni pœnarum miniſterio exceptus dolebat, vexabatur &c. Ex quo inde colligit n.13. *Demutabilis eſt iſta converſio, & digna in bonos, ac malos viciſſitudo*. Atqui nec alternam vere converſionem, nec dignam in bonos, ac malos viciſſitudinem indigitaſſet Hilarius, nec Lazari ſtatum per oppoſitionem ad ſtatum Divitis apte deſcripſiſſet tanquam ſolida beatitudine donatum, quæ ex Dei efficitur adſpectu, in quo tantummodo verum eſt gaudium, lætitia vera, vera demum quies, & felicitas. Verbis igitur *quietis*, *beatitudinis*, *& retributionis æternæ*, *gaudii* &c. ab Hilario de Lazaro uſurpatis non alia vis ſubeſt, poteſtas, ac notio, quam quæ apta ſit ſignificando ſtatui quietis, & gaudii, qui opponatur ſtatui æternæ damnationis impio illi diviti redditæ. Significant ergo veram, ſolidamque beatitudinem ex Dei fruitione, atque adſpectu manantem.

71. Verum ex quarta reſponſione excogitata ab Adverſario abſurda minime promanant. Quamquam enim anſa hæreticis præberi poſſit aliquod fidei dogma oppugnandi, divexandique, cum Patrum dicta abſque ulla prorſus ratione figurate accipiuntur; minime tamen cum ea ſic accipiuntur cum fundamento. Jamvero ita res eſt in caſu noſtro: agens enim Hilarius de paupere evangelico eum ſtatim a morte *in ſedibus Beatorum*, & *requie æterna collocat*, ac *æternam beatitudinis retributionem* adeptum fuiſſe, *hujuſque vitæ miſeriam beatæ quietis bonore demutaſſe* pronuntiat; agens vero de Davide, aliiſque Juſtis Veteris Teſtamenti eos ad inferos deducit, ibique *conſolationem*, ſeu *redemptionem* expectaſſe affirmat. Igitur alterutro in loco figurate loquatur neceſſe eſt. At ita non loquitur, ubi ſermonem inſtituit

tuit de David, aliiſque veteribus Sanctis: nam ibi loquitur conſentanee ad principia firmiſſima alibi a ſe poſita, ex quibus ſuapte natura fluit, pios, optimoſque Veteris Teſtamenti viros non prius beatificam viſionem habuiſſe, quam unigena, ac amantiſſimus Dei Filius humanam aſſumeret naturam, mortem oppeteret, & ad inferos proficiſceretur, ut ſuperius a nobis iterato demonſtratum eſt. Supereſt ergo, ut figurate loquatur, ubi de Lazaro mentionem facit. Accedit, Hilarium, ubi de Lazaro ediſſerit, comparate loqui: loquitur enim ſemper de illo per oppoſitionem ad divitem evangelicum: ubi vero ſermonem inſtituit de Davide, aliiſque Juſtis Veteris Teſtamenti, loquitur ſemper abſolute. Porro familare eſt Eccleſiaſticis etiam Scriptoribus uti figuris, cum comparate loquuntur, ut illius virtutes, quem commendare, ac inſtar exemplaris a nobis imitandi exhibere conantur, præmiumque ob eas virtutes adeptum ſignificantioribus loquendi formulis exprimant ac repreſentent. Non longe igitur a vero abeſt, Hilarium, ubi ad Lazarum orationem convertit, amplioribus verbis rem exornare. Deſumptum ex Burneto, Dallæo, cæteriſque hæreticis exemplum ad rem non attinet, qua de agimus; hi enim Patrum auctoritates figurate intelligendas volunt, ubi nulla æqua ratio poſtulat, ut figurate ſumantur, quin etiam, ubi quodvis fundamentum exigit, ut proprie, ac naturaliter accipiantur: id, quod nos, perinde ac Adverſarius, improbamus, execramurque. Efficitur itaque, nullum conſequi abſurdum, nullumque detrimentum in catholicam doctrinam de prompta Sanctis hujus Teſtamenti retributione, ſtatim ac e corpore decedunt, ex quo Hilarii teſtimonia de Lazaro ad ſenſum figuratum detorqueantur. Ad id, quod additur, reſpondeo, temperatum figurarum uſum ne ſacris quidem Oratoribus interdici. Quapropter etiamſi certo conſtaret, Hilarium ad populum habuiſſe tractatus, quos in pſalmos elucubravit, hoc tamen non impedit, quominus ipſe figuras moderate adhibere potuerit. Ad ultimum hæc ſit reſponſio, etiam nos ad vocabulorum eruendam vim, poteſtatemque uti maxime orationis contextu, & S. Doctoris ſcopo: qui memorato a principio loco alius non eſt, niſi ut oſtendat Hilarius pœnæ, ac beatitudinis ſententiam non differi hominibus uſque ad univerſalis judicii diem, ſed ſtatim poſt ex hac vita diſceſſum pronuntiari. Jamvero exemplo Lazari, & divitis hoc confirmat, quoniam ille beatitudinis, iſte damnationis ſententiam ſtatim poſt mortem reportavit. Et quoad Divitem ſpectat, dubium non eſt, quin pœna damnationis ſententiam illico ſubſecuta ſit: nihil enim prohibet, quominus impiis, in quocumque demum ſtatu conſiderentur, tormenta protinus infligantur: quod autem attinet ad Lazarum, lata in eum beatitudinis ſententia, non ſtatim ipſam beatitudinem revera eſt aſſecutus, cum nondum Chriſtus adveniſſet, non-

dum

dum ſua morte deleviſſet peccatum, damnationem a mundo ſuſtuliſſet, vitam æternam hominibus reddidiſſet, peremiſſet mortem, hominem paradiſi deliciis reſtituiſſet, ac retuliſſet in cœlum; ſed adhuc homo in infernum deſcenderet, adhuc illi inferi ſuſtinendi eſſent, ille adhuc in inferno *conſolationem*, ſeu *redemptionem* expectaret.

72. Nec contrarium evincit aut Hilarii teſtimonium petitum ex tract. in pſalm. 122. num. 11. aut deductum inde a Feltrio argumentum. Do enim ſortem hic contrariam deſcribi ab Hilario, quam conſecuti poſt mortem ſunt Lazarus, & Dives: beatam ille, quatenus per alternam converſionem mœror ejus *in gaudium* eſt demutatus: miſeram alter, quatenus in pœnis urebatur, omnique pœnarum miniſterio exceptus dolebat, ac vexabatur; aſt nego, nec alternam vere converſionem, nec dignam in bonos, ac malos viciſſitudinem potuiſſe Hilarium indigitare, nec apte deſcribere Lazari ſtatum per oppoſitinem ad ſtatum Divitis, niſi illum conſideraſſet, aut ſpectandum præbuiſſet tanquam beatifica viſione reipſa donatum: S. enim Doctor hæc omnia commode præſtare potuit per demutabilem æternæ ſalutis ſententiam, ac beatitudinis ſecuritatem, quam Lazarus ſtatim a morte percepit, per quietem, quæ illi in ſinu Abrahæ provenit ex immunitate pœnarum, ex certa futuri Liberatoris ſpe, ex piorum, Angelorumque conſortio, ex approximantis demum redemptionis revelatione. Erg.

73. Quæ cum ita ſint, quamcumque reſponſionem ex illis, quas hactenus ab Adverſarii ſubtilitatibus vindicavimus, amplectaris, optime illius argumentum ſolves. Attamen majoris claritatis ergo duo mihi addere concedatur: 1. præter Tournellium, Muratorium, & quempiam alium neminem ex hoc teſtimonio purgare Hilarium a Milenariſmi nota, ſed omnes Theologos ab hoc errore eum liberare ex auctoritatibus quas parag. *63. 67.* & 45. in medium protulimus, ex eo nempe, quod S. Doctor ſermonem habens de juſtis N. T., conſtanter ac perpetuo doceat, eos ex hac vita migrare *in ſanctam Hieruſalem in terram viventium*, *paradiſi incolatum*, *in regnum hæreditatis*, ſeu in regnum Chriſti, ibique cum ipſo iucundiſſimam vitam traducere, lætari, ac regnare, *in ſuſceptione Domini requieſcere* &c. cenſent enim illi hujuſmodi phraſibus claram, & perſpicuam divinæ eſſentiæ contemplationem manifeſtiſſime ab Hilario indigitari. 2. Etiamſi Theologi vulgo omnes ex celebri Hilarii teſtimonio argumentum depromerent contra hæreticos pro aſſerenda ex ipſo Dei viſione animabus juſtorum N. T. ante corporum reſurrectionem; attamen Hilarum idem ſenſiſſe de piorum in ſinu Abrahæ beatitudine ante Chriſti obitum haudquaquam inferrent. Quod enim ait Feltrius, ex firmiſſimo illo, vulgatiſſimoque principio, quod Sanctiſs. Pictavorum

ma-

magiſter in pſalm. 67. uum. 4. diſſertiſſimis hiſce verbis expreſſit. *Æqua judicii cæleſtis, & juſta* moderatio *eſt ut peccatores morte conficere, ita & juſtos lætitia remunerari*, Hilarii vindicias Theologos exornare, tam verum eſt, quam quod maxime. Aſt illum obſervare volo, ita Theologos ex hoc principio eruere, juſtos novæ legis de Hilarii ſententia conſequi ſtatim a morte Divinitatis conſpectum, quemadmodum id eruunt ex verſic. 26. c. XI. Eccleſiaſtici, *Facile eſt coram Deo in die obitus retribuere unicuique ſecundum vias ſuas*, cum idem utrobique iiſdem fere verbis afferatur. Jam vero Theologi ex præfato verſic. gloriam Sanctorum hujus ſtatus confeſtim poſtmortem ita colligunt, ut idipſum de piis, ſanctiſque viris Veteris Teſtamenti minime adſtruant. Accipias id velim ex Cornelio a Lapide, qui locum illum accuratiſſime verſans hæc habet: *Indicat hic Siracides, Deum in hac vita non raro piis adverſa, impiis proſpera immittere juxta illud Eccl.* 8. 14. .... *in morte autem certo pio cuique præmium, impio pænam pro meritis aſſignare. De impiis res clara eſt: hi enim in morte ſubeunt judicium particulare, in quo accepta damnationis ſententia illico rapiuntur in tartara. De piis res obſcurior eſt, quia ævo Siracidis juſti omnes deſcendebant in infernum ad limbum Patrum; necdum enim cælum erat apertum, ſed Chriſti morte reſerandum. Quomodo ergo tum pii in die obitus mercedem recipiebant? Reſpondeo: recipiebant eam, quia ſubibant judicium particulare, in quo accipiebant ſententiam felicitatis, & beatitudinis, eamque illico inchoabant. Nam intrabant in ſinum Abrahæ, ſive in limbum Patrum ibique conſummati in gratia, liberi omni metu, & triſtitia, certique de gloria cœleſti fruebantur Dei contemplatione, & mutuo tot Patriarcharum, Prophetarum, Martyrum, & Sanctorum ſuaviſſimo aſpectu, ac colloquio, expectantes Chriſtum, qui cælum eis reſeraret, eoſque Dei viſione beatifica donaret. Illico ergo inchoabant ſuam felicitatem, ſed poſt, & per Chriſtum, qui obicem cæli, peracta mortis ſuæ ſatisfactione, erat reſeraturus, eandem erant conſummaturi. Jam autem poſt Chriſtum obice hoc ſublato, & ſatisfactione peracta, illico omnes animæ juſtæ plene a peccatis purgatæ evolant in cœlum & Dei viſione beantur*; idque ſignificat Siracides: *Errat ergo Calvinus, qui animas juſtas dormire cenſet, & quieſcere ſub altari uſque ad diem judicii*. Æquo igitur jure ex illo Hilarii principio, *Non moroſa hæc ira eſt, per quam de via juſta pereunt* [ *impii* ] .. *Excipit enim nos ſtatim ultor infernus, & decedentes de corpore, ſi ita vixerimus, confeſtim de via recta perimus. ſeu, æqua judicii cœleſtis, & juſta moderatio eſt, ut peccatores morte conficere, ita & juſtos lætitia remunerari*, ita concludunt Theologi juſtis N. T. ſtatim a morte cœleſte præmium concedi, ut idipſum non ſtatuant de juſtis Veteris Teſtamenti.

74. Et re quidem vera ex ipſa Hilarii doctrina aperte conſtat, Theo-

Theologos diverſimode intelligere non poſſe hoc principium : nam Hilarius frequenter docet, nonniſi in Chriſti ortu obituque deletum fuiſſe peccatum, de medio ſublatam damnationem, redditam hominibus æternitatem, peremptam mortem, hominem redemptum, relatum ad cælum, reſtitutum paradiſi deliciis, & id genus alia, quæ antea a nobis ſemel, atque iterum producta ſunt. Qui ergo hæc componi poſſunt cum celeſti beatitudine ſtatim a morte veteribus Sanctis conceſſa? Efficitur itaque, eaſdem ob cauſas, propter quas aptiſſimum illud cenſemus pro afferenda ex Hilario Dei viſione animabus N. T. ante finalem reſurrectionem, aptiſſimum quoque illud non eſſe ad eruendum Lazarum, cæteroſque V. T. juſtos de Hilarii ſententia conſecutos ſtatim fuiſſe Divinitatis conſpectum : cum nec ex illo celebri Hilarii principio, *Æqua judicii cæleſtis* &c. nec ex ſubſequentibus loquendi formulis id erui poſſit, quæ vel ad tempora redemptionis, & gratiæ ſunt referendæ, vel de adepta, non quidem re, ſed ſpe firma, ac ſtabili beatitudine, vel denique non proprie, ac litteraliter, ſed figurate intelligendæ ſunt.

75. Quod ſi Tournellius, & Muratorius etiam ad Juſtos Veteris Teſtamenti decantatum Hilarii teſtimonium extenderunt, non alia de cauſa hoc ab illis factum fuiſſe arbitror, niſi quia ingenti deſiderio abrepti S. Doctorem a Millenariſmi errore vindicandi, loca omnia ipſi collegerunt, quæ vel prima facie labem hanc ab ipſo propulſare videbantur, quin ad ea principia animum intenderent, ne da beatitudine in *re* veteribus Sanctis ante Chriſti obitum collata loca recenſita intelligantur. Sed de primo argumento hæc ſint ſatis: pauca de reliquis dicamus.

76. Alterum argumentum ex his deducit Adverſarius, quæ de Regio Propheta Davide paſſim habet noſter Hilarius. Tract. porro in pſalm. 119. ad illud: *Heu me! quod incolatus meus prolongatus eſt:* hunc in modum ſcribit num. 10. *Convenit igitur Prophetam expectantem poſt ſagittas Domini, & illos carbones deſolationis, beati illius regni, & æterni temporis gloriam id, quod expectat, deſiderarare. Et deſiderat plane. Neque ſolum deſiderat, ſed moras odit, & ipſam illam non potiendi jam deſiderii tanti dilationem dicens:* Heu me! quod incolatus meus prolongatus eſt : *querelam iſtiuſmodi e plurimis Sanctis frequenter audivimus de tarditate ſpei ſuæ moroſam corporum diſſolutionem deflentium. Dominus in Evangeliis ſuis accelerationem regni cæleſtis docuit orandam....* Adveniat regnum tuum, fiat voluntas tua. *Paulus Beatus inhabitationem corporis ſui congemiſcit, per incolatum carnis peregrinari ſe a Deo conquerens. Quo contra peregrinandum in carne ſcit ſibi eſſe, ut ei cum Deo ſit incolatus :* ſed *tamen melius ei eſſe diſſolvi, & cum Chriſto eſſe.... In hoc igitur nimium ſibi prolixo in corpore incolatu congemiſcit Propheta feſtinans*

*ſtinans peregrinari a terrenis, & incolere cæleſtia, ut derelictis corruptibilibus, atque præſentibus, conſequatur inviſibilia, & æterna.* Et tract. in pſalm. 142. poſtquam idem ferme repetit num. 8. hæc ſubdit. *Quid ſibi* (Davidi) *proderit exauditum eſſe velociter, niſi fidelis, & Deo placens, & beatis locis quieturus excedat?* Cui affine eſt illud in pſalm. 118. lit. 3. num. 7. ad illud: Revela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua. *Meminit* (David) *ſancta eſſe Sabbata; ſed in æternorum Sabbatorum requie eſſe deſiderat.... Immolat Paſchæ ovem: ſed aſſiſtere ei, qui per Joannem revelatur, agno* concupiſcit.... *Induci quoque in terram ſanctam, terram fluentem lacte, & melle, tanquam totius orbis peregrinus orat... Hæc igitur legis mirabilia, quæ velatis oculis adumbrantur, Propheta orat, ut cernat: ſcilicet ut caduco,* atque *infirmo corpore abſolutus hæc, quæ per corporalem obſervantiam legis magna, & mirabilia in cælis præfigurantur, aſpiciat.*

77. Duo hic Vir eruditiſſimus ſedulo animadvertit: primo ſcilicet ampliſſima illa, ſplendidiſſimaque vocabula, quæ in Hilarii teſtimoniis mox productis occurrunt, nempe *regni beati, & æterni temporis gloriam, accelerationem regni cæleſtis, incolere cæleſtia, conſequatur inviſibilia, & æterna, in æternorum Sabbatorum requie, in terram ſanctam, mirabilia in cælis*: ſecundo illas loquendi formulas, *poſt corporis incolatum, poſt peregrinationem a terrenis*, & illud maxime, *ut derelictis corruptibilibus, atque præſentibus conſequatur* &c. *ut caduco, atque infirmo corpore abſolutus hæc quæ* &c. & id genus alia, quibus accommodatiora eſſe nequeunt ad Dei viſionem indicandam, ac proprie dictæ beatitudinis poſſeſſionem, quam Davidi hic pollicetur Hilarius. Formulæ vero prædictæ ſuopte ingenio, ac natura non aliud ſibi volunt, quam eum Prophetæ ſtatum ſignificare, qui erat futurus, ubi primum a carnis vinculis fuiſſet diſſolutus. Ex quibus ſic Feltrius argumentatur. Qui docet, Regium Prophetam *poſt corporis diſſolutionem expectaſſe incolere cæleſtia, inviſibilia conſequi, & æterna, beati illius regni, & æterni temporis gloriam, in beatis locis quietem* &c. Qui docet illud Prophetæ: *Heu me! quia incolatus meus prolongatus eſt* &c. conforme eſſe illi Dominicæ petitioni: *Adveniat regnum tuum*, illiſque Paulinis vocibus: *cupio diſſolvi, & eſſe cum Chriſto* &c. ille certe docet, ſtatim a morte fuiſſe eidem Prophetæ concedendam veram beatitudinem, Dei præſentiam, profluenteſque inde delicias: uno enim, eodemque modo loquitur de utriuſque Teſtamenti optimis, piiſque viris. Ita eſt de Hilario Pictavienſi. Ergo &c. Lege, quæ de Novi Teſtamenti Martyribus habet Hilarius. Eadem ſunt prorſus, ut ex paucis illis, quæ parag. 24. in medium a Feltrio poſita ſunt, facili colligitur negotio.

gotio [ 1 ]. David ergo & orabat, & expectabat cœleſtes delicias ; nulla interpoſita mora a die obitus, & has revera ipſi promiſit S. Hilarius. Ergo &c.

78.

---

( 1 ) Ad memoriam nos hoc loei revocare vult Feltrius, quæ parag. 26. ipſe ſcripſit, eaſdem nimirum, ne ſignificantiores dicat, uſurpaſſe Hilarium dictiones, loquendique formulas, ubi de Lazari ſorte ſermonem habet, deque felicitatis præmio a Regio Vate poſt mortem expectando, quas cæteri Patres uſurpant de Sanctis N. T. ex quo proinde effieiebat, vel ſentiendum eſſe, quod Pictavorum Epiſcopus admiſerit, antiquos Patriarehas ſtatim a morte donatos fuiſſe Dei adſpectu, vel aſſerendum, nullum ſuppetere argumentum, quo ex pluribus Eeeleſiæ Patribus demonſtretur, promptam nune beatitudinis retributienem viris optimis reddi. Quamvis autem id argumenti genus ab ejus oratione extraneum videri poſſit; ne tamen gratis eum hæc excogitaſſe aliquis exiſtimet, ad Juſtinum Philoſophum, & Martyrem cauſam deducit, in cujus nomine Millenariorum maeulam diutius inſidere paſſi non ſunt præclariſſimum Maurinæ Congregationis lumen Prudentius Mairanus in Præf. ad Juſtini opera p. 2. c. 12. num. 1. Cl. Muratorius loco cit. pag. 95. ae noviſſime Faſſonius: *De piorum in ſinu Abrabæ beatitudine* c. 2. parag. 21. aliique. Petunt hi autem argumenta 1. ex eo, quod Apolog. 1. num. 8. ſeribat: *Æternæ, ac puræ vitæ cupidos ad domicilium cum Deo univerſorum Patre, & opifice promiſſum contendeve:* II. ex eo, quod aſſerat num. 10. bonos adepturos, *ut cum eo* ( Deo) *degant, atque una regnent, corruptionis, & perpeſſionis expertes .... Dei contuitu, & conſuetudine dignentur*. III. Quia niſi totidem verbis, eadem certe quidem ſententia, ac Paulus, tradit, cupere Chriſtianos vincula carceris rumpere, & eſſe cum Chriſto. IV. Quia ibidem n. 12. aperte docet, *unumquemque ad æternam, ſive pænam, ſive ſalutem pro meritis actionum proficiſci*: & num. 20. *bonorum* (animas) *a ſuppliciis liberatas præclare* ( ſeu bene ) *ſe habere*. V. Demum ex eo, quod de Lucio Martyre abripi juſſo ad tormenta hæc habeat Apolog. 2. num. 2. *At ille gratias etiam agebat, cum ſe ab improbis ejuſmodi dominis ad Patrem, ac Regem cælorum proficiſci cognoſceret*. Hæc ex Mairano. Atqui hæc omnia prædicare luculentiſſime Hilarium de Davide ex parag. 29. & 30. ſuæ Diſſertationis manifeſte conſtare putat Feltrius. Ergo ſicut argumentatione perquam probabili demonſtratum ex illis eſſe, arbitrantur Theologi præſtantiſſimi, Juſtinum notari non poſſe de amota ſempiterna beatitudine ab animis Juſtorum ante ſupremum judieii diem ; ita argumentatione perquam probabili ſe confeciſſe judicat egregius Diſputator, Hilarium Pictavienſem de divinæ eſſentiæ viſione Davidi, cæteriſque V. T. Patribus, ac Juſtis quibuslibet ante Chriſti migrationem ad inferos conceſſa optime ſenſiſſe.

Locutiones, quas cæteri Patres adhibent, ut Juſtos N. T. ſtatim a morte cœleſti beatitudine cumulari oſtendant, illis non immiſcentur phraſibus, nec principiis adverſantur ab ipſis Patribus hic illic

poſi-

78. Quod vero peculiare in hoc cenſet Adverſarius, eſt vehemens illud, maximumque deſiderium, quo tantopere commotum Davidem nobis exhibet S. Doctor, immo ipſæ divinæ litteræ. Quo hic illins ſermo tendat, facile intelliget, qui ſibi ad memoriam revocaverit tritum illud, vulgatumque argumenti genus ab Angelico Doct. Aquinate uſurpatum lect. 2. c. 5. Epiſt. 2. Pauli ad Corinth. ubi in illa verba: *Audemus autem, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari a corpore, & præſentes eſſe ad Dominum*: hæc ſapientiſſime commentatur: *Confutatur per hac verba error dicentium, animas Sanctorum decedentium non ſtatim poſt mortem deduci ad viſionem Dei, & ejus præſentiam, ſed morari in quibuſdam Manſionibus uſque ad judicii diem: Nam fruſtra ſancti auderent, & deſiderarent peregrinari a corpore, ſi ſeparati a corpore non eſſent præſentes ad Deum. E ideo dicendum, quod ſancti ſtatim poſt mortem vident*

G. 2. *Deum*

---

poſitis, quæ nos cogant, aut de beatitudine *in ſpe*, aut de temporibus, quæ mundi finem, & univerſalis judicii diem ſubſequentur, ea accipere. At teſtimonia, in quibus Hilarius de antiquorum piorum animis ſermonem habet, illis referta ſunt loquendi rationibus, quæ nos adigunt, ut aut de temporibus Chriſti mortem ſubſecutis, aut de beatitudine *in ſpe*, aut denique de tempore, quo illi inierunt ſempiternam gloriam, ea intelligamus, quemadmodum ex his, quæ dicta ſunt paullo ante, & mox dicentur, conſtat manifeſte. Nihil igitur roboris habet argumentum, quod adeo Adverſarius magnificat, videlicet aut ſentiendum eſſe, quod Pictavorum Epiſcopus admiſerit, antiquos Patriarchas ſtatim a morte donatos fuiſſe Dei adſpectu, vel aſſerendum nullum ſuppetere argumentum, quo ex pluribus Eccleſiæ Patribus demonſtretur, promptam nunc beatitudinis retributionem viris optimis reddi.

Ad Juſtinum quod attinet, quamvis, ut ingenue fatear, nec Mairani, nec Muratorii, nec Faſſonii, nec alterius cujusvis hac de re vindicias luſtrare hactenus potuerim: nihilominus reſpondeo, vel in Juſtino illas non occurrere phraſes, quæ gloriam Sanctis hujus Teſtamenti uſque ad univerſale judicium ipſum protraxiſſe demonſtrent: vel ſi quæ loca in S. Doctore dubia, atque obſcura offenduntur, per loca clariora, & apertiora, quæ Feltrius ex præfatis viris in medium adduxit, interpretanda illa eſſe, atque explicanda. Ut enim parag. 35. ſuæ Diſſertationi Feltrius ſapienter obſervat: *Optima interpretandi Patrum dicta ratio ea eſt, quæ tota verſatur in conferendis illorum ſententiis, eruendoque ſenſu iis, quæ præcedunt, aut ſequuntur, apte, accommodateque reſpondente.* Atqui ſi Hilarii teſtimonia, quæ nobis a Feltrio opponuntur relate ad Sanctos Veteris Teſtamenti conferantur cum aliis ejuſdem Hilarii teſtimoniis, facili negotio deprehendetur, ipſum claram, & intuitivam Dei viſionem illis ante Chriſti mortem denegaſſe. Ergo ſua ille argumentatione nihil omnino conficit, cum inſtituta ab ipſo paritas Juſtinum inter & Hilarium ſarta, tectaque debeat manere.

*Deum per eſſentiam, & ſunt in cæleſti manſione*. Atqui Prophetæ deſiderium idem omnino eſt ex Hilario cum eo, quo excitabatur Paulus illa pronuncians, & cum eo etiam, quo nos clamamus quotidie: *Adveniat regnum tuum*. Ergo ſicuti ex hoc prompta infertur a Theologis meritorum retributio, & divinæ eſſentiæ conſpectus; ita ex eodem illo Davidis ſtudio, flagrantique diſſolutionis cupiditate colligi debet æternam beatitudinem eum & expectaſſe, & conſecutum revere fuiſſe, ſtatim ac e corpore evaſit.

79. Verum neque D. Thomæ argumentatione opus erat Feltrio, cum Hilarius ipſe eundem in modum argumentatus fuerit in pſalm. 114. num. 8. hiſce verbis. *Quid autem ſibi proderit exauditum eſſe velociter, niſi tanquam fidelis, & Deo placens, & beatis locis quieturus excedat e corpore?* Quæ vero beata hæc loca ſint, indicaverat tract. in pſalm. 119. dicens *Deſideraſſe accelerationem regni cæleſtis, incolere cæleſtia, conſequi inviſibilia, & æterna*. Et in pſalm. 62. num. 3. ad illud: *Sitivit in te anima mea*, rotundis inquit verbis. *Hoc animæ deſiderium, hæc ſitis ſpei ejus eſt, ut Dei ſibi proveniat aſpectus* (en Dei viſionem); *ut quamprimum raptus in nubibus Deo Chriſto obviam elevatus appareat*. En beatitudinis plenitudinem poſt reſurrectionem obtinendam, quam a priori diſtinguit. Fruſtra igitur, fruſtra auderet, & deſideraret Propheta peregrinari a corpore, ſi ſeparatus a corpore non eſſet præſens ad Deum. Ex Hilario itaque optime ſequitur, Davidem conſecutum eſſe cæleſte regnum ante Chriſti redemptionem, vi tamen ſanguinis a Chriſto effundendi.

80. Hoc argumenti genere eo libentius utitur Adverſarius, quo magis aptum illud ipſi videtur, accommodatiſſimumque ad infringendam penitus rationem a nobis petitam ex maxima ſanctiſſimorum etiam Hebræorum producendæ vitæ cupiditate, moriendique metu quam vehementiſſimo; Quæ duo non aliunde dimanaſſe volumus, quam ex beatitudinis dilatione. Hæc porro conciliari nullo modo poſſunt cum iis, quæ ex Hilario ſupra recitata ſunt pluribus commendante Davidis deſiderium de corporis ſui diſſolutione, ac peregrinatione a terrenis, ut cæleſtia, inviſibilia, & æterna conſequeretur (1).

81. De-

(1) Argumentum hujuſmodi labile eſſe, ac perquam infirmum, facili negotio demonſtrare ſe poſſe Feltrius exiſtimat. 1. Quod etſi Veteribus Patriarchis aliquid eſſet incommodi ex privatione Divinæ viſionis; attamen præterquamquod omni pœna ſenſus erant penitus immunes, ſua inſuper habebant oblectamenta, & ſolatia ſervitutis, aliqua utebantur felicitate, uno verbo, tot eis erant voluptatis fontes,

81. Denique ex pluribus aliis Hilarii textibus, qui ad Davidem referuntur, duos tantum ſeligit, utrumque ex tract. in pſalm. 51. ut ipſis hactenus a ſe dicta confirmet. Primus eſt num. 22. ubi de Pro-

---

tes, ac deliciarum, ut futuræ illius vitæ gaudia præſentis ſæculi tædia longo poſt ſe intervallo relinquerent. Quemadmodum ergo alteram vitam juſtus quilibet præſenti antefert, licet purgatorii ignem ſibi perferendum ut plurimum præſentiat, ubi ſcilicet & gloriæ dilatio maxime vexat, & magnopere torquet pœna ſenſus; multo magis illi. Non ita res ſe habuit ex nobis: ſequitur ergo animas Patriarcharum in ſinu, complexuque Abrahæ detentas triſtiore fuiſſe in ſtatu, ac modo ſint animæ in Purgatorio. 2. Quod non unum, vel alterum, ſed innumera propemodum ſuppetant Sanctorum Veteris Teſtamenti exempla, qui vel inflammato mortem ſtudio optabant, vel illam æquo animo, lubentiſſimeque pertulerunt. Habemus Moyſem Num. 11. 15. ita precantem: *ſin aliter tibi videtur, obſecro, ut interficias me ... ne tantis afficiar malis*. Habemus David modo clamantem 2. Reg. 18. 33. *Quis mihi tribuat, ut ego moriar pro te Abſalon fili mi?* modo flentem moroſam corporis diſſolutionem pſal. 6. v. 45. *Et tu Domine uſquequo? Convertere Domine, & eripe animam meam*. & pſalm. 119. *Hei mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt*: modo futuræ vitæ gaudia exoptantem pſalm. 41. 2. *Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?* Habemus Eliam 3. Reg. 19. 4. mortem petentem: *Sufficit mihi Domine, tolle animam meam: neque enim melior ſum, quam Patres mei*. Huc tendunt, docente Hilario, in pſal. 119. num. 11. & 12. verba Eccleſiaſtis 4. 2. *Et laudavi omnes, qui mortui ſunt, ſuper omnes, qui vivunt uſque nunc*: verba Jobi 3. 3. *Pereat dies ille, in quo natus ſum, & nox, in qua dixerunt: ecce maſculus natus eſt*: verba demum Hieremiæ c. 20. 14. *Maledicta dies, in qua genitus ſum; maledictus nuntians patri meo, & dicens: quia natus eſt tibi maſculus*: in quæ Hilarius loco cit. *Non conceptus, nec configurationis ſuæ ortum, ſed eum, qui ex incremento acceſſit, profectum editi corporis congemiſcit, in quo ſibi in malis ſæculi, & infirmitatibus carnis, vitiiſque vivendum ſit*.

Ad hæc: Jobum, & Abrahamum filiorum mortem læto animo paſſos fuiſſe, nos docent ſacræ litteræ; atque hinc factum eſt, ut Chryſoſt. hom. 5. in il. 1. Theſſal. 4. 13. *De dormientibus* num. 4. exemplis Jobi, & Abrahami ad filiorum jacturas æquo animo ferendas populum cohortaretur. Accedit demum, ſuos & Veteri Teſtam. fuiſſe Martyres, Machabæos ſcilicet fratres cum patre Eleazaro, & Matre, eos quoque fuiſſe, qui pro patriis legibus ad interitum ruere voluntarium non dubitarunt &c. Ex quo ſic Feltrius argumentatur. Ideo colligitur, annuentibus nobis, Patriarchas illos, & antiquos juſtos in inferos deſcendere Dei adſpectu privatos, noſtros vero viros optimos, ac ſanctiſſimos in cæleſtem venire beatitudinem ſtatim a morte, quia illi mortem plurimum metuebant, iſti vero bene adverſus mortem animati ſunt: atqui ex dictis nec mors illis multum attulit metus, nec ſuorum, qui mortui eſſent, vicem vehementer doluerunt: nec vero

Propheta ita S. Epiſcopus: *Speravit in miſericordia Dei, non ad tempus, non in hujus corporalis tantum vitæ brevi ſæculo, ſed in ſæculum ſæculi. Extendit enim ſpes ſuas ad infinitam perennitatis*

*æta-*

---

vero deſunt in N. T. viri quoque integerrimi, ſanctiſſimi, optimi, qui mortis metu trepidaverunt, qui in perſecutionibus fugam arripuerunt ad declinanda mortis pericula &c. Ergo &c. Quid ſi quis mortem timeat ex innata cuilibet propenſione, qua fugit unuſquiſque mortem veluti ſui diſſolutionem? Nihili ſane vitii in hoc eſt. Immo metum hunc experiri voluit ipſe Chriſtus ad conſolationem ſuorum, qui & illum eſſent experturi ut ſerm. 297. al. 107. De diverſis c. 2. num. 3. ſcribit Magnus Auguſtinus.

Tertio tandem, quod ex veterum juſtorum cupiditate producendæ vitæ, mortis metu, luctu, ægritudineque minus accurate inferatur, eos non ſtatim a morte in Dei conſpectum veniſſe; venire tamen noſtros, quia, quod cuique tempus ad vivendum datur, eo ſunt contenti, nec tam vehementer dolent vicem ſuorum, qui mortui ſunt; aliam porro a Chryſoſtomo aſſignatam rationem deprehendit Feltrius, in eo generatim ſitam, quod illorum metus, ac dolor ex defectu certæ reſurgendi ſpei manaverit, ex qua reſurrectionis ſpe certiſſima dolore illo, atque metu plurimum levamur. Hom. enim 5. in il. 1. Theſſal. 4. 13. *De Dormientibus* hæc habet. *Si reſurrectionem fore confiderent, talia non agerent.* Poſt hæc exemplo Jobi, & Abrahami ad filiorum jacturas æquiore animo ferendas cohortatur. Vides a Chryſoſtomo non aliunde repeti ſolatium noſtrum in propinquorum morte, quam ex ſpe reſurrectionis, nulla prorſus facta mentione divinæ viſionis beatificæ, quam unicam nos volumus rationem ſolatii noſtri in propinquorum morte? Conſequens ergo eſt, ut ex eodem Chryſoſtomo formidabilis ob hoc fuerit mors in Vet. Teſt. Quod tunc temporis Judæorum præſertim vulgui facta non fuerit diſtincta, atque aperta reſurrectionis revelatio, quam illi ſola ratione duce aſſequi non poterant, licet ex iis, immo ex gentibus nonnulli, ut potiſſimum ex Job colligimus, illud dogma edocti liquido fuerint a Deo O. M. quemadmodum docet idem S. Doctor conc. 1. in Lazarum num. 10.

Nec illi dicas rationem, cui nos innitimur, apertiſſimis tradi verbis a Chryſoſtomo hom. panegyrica de Bernice, Proſdoce, & Domnina, ubi cum effeciſſet Veteribus Patriarchis formidabile fuiſſe mori, Paulo vero *melius*, *illis injucundum*, *huic jucundum* &c. mox addit num. 3. *Ac merito ſane: olim enim ad infernum mors deducebat, nunc autem ad Chriſtum mors tranſmittit.* Hiſce namque reſpondet, concionem illam panegyricam de Bernice &c. Joannis Chryſoſtomi genuinum fœtum non eſſe ex eo potiſſimum, quod doctrinæ ibi agantur nulli ſapienti catholico probandæ. Res manifeſta fiet ex iis, quæ Doctiſſimus Vir Feltrio amiciſſimus prope diem emiſſurus eſt in lucem.

Metus mortis, quo veteres juſti percellebantur, non eſt præcipuum argumentum, ratione cujus ante Chriſti obitum beatificam illis viſionem denegamus. Multo majora nobis ſuppetunt, cujuſmodi ſunt ſa-

cra.

*ætatem, nec, concluditur mortis occaſu, cum ſciat, ſibi in Abrahæ ſinibus exemplo pauperis eſſe vivendum, ſciat quoque glorioſæ reſurrectionis demutatione æternum ſe, & conformem Deo eſſe manſurum.*

Alter

---

crarum litterarum auctoritas, conſtans, ac perennis traditio, Univerſalis Eccleſiæ doctrina, & ne omnia commemorem Theologorum, atque interpretum ſecundum temporum ſuorum ſucceſſionem conſenſio, quomodo in Notis ad 3. 4. & 5. Epiſtolam ſatis abunde confecimus. Timor mortis eſt quædam veluti coronis, & appendix, qua non alia de cauſa utimur, niſi quod eam a SS. Patribus, & præſertim a Chryſoſtomo, tangi videamus. Quapropter operæ prætium non erat, ut in hac convellenda ratione tantopere Feltrius immoraretur, cum, ea ſublata, adhuc in ſuo vigore maneat aſſertio noſtra. Ne quis tamen in ſuſpicionem adducatur hæc a nobis proferri, ut difficultates, quas nobis proponit Adverſarius, declinemus, eas proinde quambreviſſime curabimus ſingillatim eliminare. Unde ad primam reſpondemus, nos ultro, citroque concedere, mortem, quatenus ab omni pœna ſenſus eos immunes reddebat, ab hujus vitæ periculis, calamitatibuſque liberabat, certos, ac tutos de viſione beatifica efficiebat, gratam, jucundamque Patriarchis, cæteriſque juſtis antiquæ legis viſam fuiſſe: tametſi, quatenus ipſis ſtatim poſt mortem copia non fiebat, mors illis gravis, & injucunda evaderet.

Nec contrarium evincit paritas, quam inter juſtos hujus ſtatus, qui licet purgatorii ignem ſibi perferendum, ut plurimum præſentiant, ubi ſcilicet & gloriæ dilatio maxime vexat, & magnopere torquet pœna ſenſus, nihilominus alteram vitam præſenti anteferunt, & juſtos Veteris Teſtamenti Feltrius inſtituit. Nam modo nobis ſermo eſt de viris, quibus nihil poſt hanc vitam luendum ſupererat, ſed illis beatitudo ſtatim ab obitu debebatur, impedimentis remotis. Tales autem non ſunt juſti, quos in exemplum adducit egregius diſputator. Unde nil mirum, ſi, quamvis ob peccata actualia, pro quibus integre non ſatisfecerunt, præſentiant ignem purgatorii ſibi perferendum; nihilominus alteram vitam præſenti anteferunt: norunt enim illi eam pœnam ſibi deberi, eaque longe infra condignum puniri. Quapropter tunc paritas teneret, ſi, quemadmodum Sanctis antiquæ legis uſque ad Chriſti adventum cæleſtis gloria protrahebatur, ita Sanctis hujus Teſtamenti ea differetur uſque ad univerſale judicium, & nihilominus læti ex hac vita decederent. Præterea juſti, de quibus edifferit Adverſarius, alteram vitam huic præſeferunt, quamvis purgatorium ſibi ſuſtinendum prævideant, quoad beatitudinis certitudinem, ac ſecuritatem, quam in hac vita habere non poſſunt, ſed ſolum in altera vita queunt obtinere; non autem quoad pœnam ſenſus, & dilationem gloriæ, quas in purgatorio perpeti debent. Hoc autem modo etiam pios, optimoſque antiquæ legis viros alteram vitam huic prætuliſſe aſſerimus. Aſt hoc non impedit, quominus ex alio capite, ex capite ſcilicet dilationis gloriæ, quæ pro eorum meritis ſtatim ab obitu eis debita erat, mortem timerent. Ergo &c.

Exempla, quæ ex ſacris litteris Vir Eruditus accerſit, ad rem non per-

Alter vero num. 24. *Expectat autem non occulte, non trepidus, non ſolus; ſed in conſpectu Sanctorum ejus, fide ſcilicet libera teſtimonium expectationis ſuæ, vel ſub Sanctorum cæleſtium conſcientia non recuſans,*

---

pertinent, qua de agimus. Nam *Moſes* (inquit Cornelius a Lapide in hunc locum) *hic tantis premebatur anguſtiis, ut hanc ſibi gratiam fieri cupiat, videlicet, ut mori ſibi liceat. Amariſſime ergo afflictus, & perturbato animo exiſtens, neque ſatis ſibi præſens hæc dixit, mortemque petiit: unde vel nullum, vel leve tantum puſillanimitatis peccatum admiſit: quare & a Domino non correptionem, ſed conſolationem*. Eodem modo explicat locum 2. Reg. 18. 33. Toſtatus q. 28. in cit. cap. inquiens: *De David dicendum, quod non licebat ei velle mori, ne moreretur Abſalon* (licuiſſet autem illi mortem appetere, ut Deo ultimo ejus fini, ac ſummo bono conjungeretur, quemadmodum licebat Apoſtolo: ergo David mortem non optabat, ut ſeipſum Deo uniret, quomodo falſo Adverſarius ſupponit. Quod autem de Davide, idem intellige de Moſe, Elia, cæteriſve, de quibus hic ipſe loquitur), *immo etiam dicendum, quod dato, quod licuiſſet, David noluiſſet hoc: ſed dicebat iſta verba ad expreſſionem doloris magni, & non peccabat illa dicendo, quia multa licent hominibus in dolore, quæ alias non licent*: ſicut etiam locum 3. Reg. 19. 4. q. 14. in præfat. caput: *Elias dixit verba illa ſaturatus amaritudine, & quodam impetu paſſionali, & forte non deſiderabat mortem ſecundum deliberationem*. Aſt nos loquimur de viris antiquæ legis, qui perturbato animo non erant, qui ad illa, quæ pronuntiabant, optime attendere poterant, qui rectæ rationis lumen nulla animi afflictione obtenebratum habebant, & quorum deſideria aberant omnino a quavis culpæ ſuſpicione: tales autem non erant, Toſtato, & Cornelio a Lapide prælucentibus, Moſes, David, & Helias, cum mortem ſibi cupierunt. Ex illorum itaque deſiderio nihil contra communem ſententiam colligere poteſt Adverſarius. Pſalm. 6. v. 4. Deum non interpellat Regius Vates, ut ejus animam e corpore educat, ſed ut a peccatis ſuis eum liberet. Ita hunc verſiculum interpretatur Calmetus: *Benigno ſaltem me intuitu identidem dignare. Cur longe permanes a me, & avertis oculos tuos a ſervo tuo? Reſpice me, & ſanabor. Redde mihi gratiam tuam, & ſatis mihi erit. Diſceſſi procul a te, Deus meus, propter ſcelera mea, & coegi te, ut a me recederes, & gratiam tuam a me dimoveres: at redi, converte ad ipſum te cor meum inconſtans, ac rebelle. Sine te, Domine, gradum ad te proferre nequeo. Permitte mihi, ut tandem aliquando ſincere convertar*. Pſal. 119. Eodem Calmeto auctore, non loquitur David de incolatu animæ in corpore, ſed de incolatu Hebræorum in terra Cedar, ubi eorum plurimi tempore Nabuchodonoſor captivi detinebantur: unde ab hac nimis dura, ac diuturna captivitate eripi, educique precantur. Audi quæſo, quomodo idem Calmetus verſiculum 2. exponat pſalm. 41. *Apparere ante faciem Dei apud Iſraelitas, & Levitas nihil ſignificat aliud, quam ad templum ejus accedere, in domum illius ingredi, ubi eum colant, ac venerentur. Nulla alia re magis affligebantur captivi Babylonis, ii videlicet, qui pietate florebant, quam ſuaviſſima viduari conſolatione*

*cuſans, vel Prophetæ exemplo*, ſanctis omnibus, *qui in terra ſunt in ſeipſo præbens expectationis exemplum*. Ex primo ſcilicet teſtimonio planum eſt, atque obvium Hilarium duos tantum aſſignaſſe Da-

H vidi

---

*tione magnis ſolemnitatibus in atrium Dei ſui conveniendi* &c. Conſtat igitur pſal. 119. & 41. David non in perſona propria, ſed in Hebræorum perſona fuiſſe locutum, ibique prophetico ſpiritu mala prænuntiaſſe, quæ illi genti impoſterum contingere debebant. Interpretatio Hilarii ad loca Eccleſiaſtis 4. 2. Hieremiæ, & Jobi noſtræ aſſertioni minime adverſatur: ea enim pios, optimoſque viros Veteris Teſtamenti mortem optaſſe, ut ſtatim in Dei conſpectum venirent, non evincit, ſed unice probat illos potius mori cupiviſſe, quam diutius vivendo periculis peccandi, Deumque perpetuo amittendi, quæ frequenter in hoc ſæculo occurrunt, obnoxios eſſe, huius vitæ calamitates, ærumnaſque diutius perferre, & videre diutius hominum flagitia, & perverſitates.

Exemplis Jobi, Abrahami, Machabæorum, aliorumque Martyrum, ac virorum illuſtrium Veteris Teſtamenti, quid conficere velit Adverſarius, plane non video: ex illis enim erui non poteſt, Sanctos antiquæ legis deſideraſſe ex hoc ſæculo migrare, ut confeſtim beatificæ viſionis compotes fierent: ſed hoc unum poteſt extundi, videlicet illos vel divinæ voluntati in filiorum ſuorum amiſſione ſe ſubdidiſſe, vel necem potius ſuſtinere voluiſſe, quam patrias leges deſerere, Deo injuriam irrogare, ejuſque jucundiſſimi adſpectus jacturam perpetuo facere. Quapropter ad argumentum, quod inde Feltrius inſtituit reſpondeo conceſ. maj. neg. min. nimirum ex dictis nec mortem Veteribus juſtis multum attuliſſe metus, nec ſuorum, qui mortui erant, vicem vehementer doluiſſe. Job enim, teſtantibus ſacris litteris, audito mortis filiorum ſuorum nuntio ingenti mœrore abreptus fuit, & Abraham ſtrenue quidem, & prompte, quomodo Patriarcham Sanctiſſimum decebat, ſed tamen non ſine magna animi triſtitia filium ſuum Deo in holocauſtum offerebat, ut pluribus in locis docet Chryſoſtomus, præcipue vero lib. 2. *ad Stagirium a Dæmone vexatum* num. 9. his verbis: *Hoc autem & in legitimo paſſus eſt filio: nullus enim eum non doluiſſe dicat, neque paterno affectu fuiſſe commotum*. Quod ſi qui viri integerrimi, ac ſanctiſſimi N. T. mortis metu trepidaverunt, vel fugam arripuerunt in perſecutionibus ad declinanda mortis pericula, hoc ideo accidit, vel quia nemo, quantumvis pius, & juſtus, dum eſt in hac vita, ſine ſpeciali revelatione certus, ac ſecurus eſt de propria ſalute ſecundum illud

*Nemo ſcit, utrum odio, vel amore dignus ſit*, ſed cum timore, ac tremore debet unuſquiſque in hoc ſæculo propriam ſalutem operari: vel quia *cum*, ut inquit S. Athanaſius in Apolog. de fuga ſua ant. med. *præſtituti ſibi a Divina providentia temporis finem ignorarent, nolebant inſidiantibus ſe temere tradere*, ſecund. il. Matth. 10. *Cum perſequentur vos in civitate iſta, fugite in aliam*. At cum illis Deus præfixum tempus manifeſtabat, ultro tyrannis ſeipſos Sancti offerebant. Jamvero cum dicimus hujus Teſtamenti Athletas mortem inflamma-

to

vidi poſt mortem ſtatus, in ſinu ſcilicet Abrahæ a die obitus una cum Lazaro, alterum vero poſt glorioſam corporum reſurrectionem. Vel ergo in primo illo ſtatu in ſinu nempe Abrahæ cum Lazaro, Dei

---

to ſtudio deſiderare, non naturæ viribus, juxta quam ut etiam Adverſarius ſapienter obſervat, ex innata propenſione fugit unuſquiſque mortem, veluti ſui diſſolutionem, ſed viribus gratiæ hoc deſiderium adſcribimus, per quam omnem innatam propenſionem vincimus, ac ſuperamus: porro Patriarchæ, ac reliqui veteres juſti nedum ex hac propenſione, verum etiam ex dilatione gloriæ, quæ imminebat illis in altera vita, ad Chriſti uſque adventum mortem formidabant: Sancti vero novæ legis nonniſi priori modo eam timent; ut autem addiſcerent hunc timorem fortiter aſpernari, eo modo ipſum Chriſtus voluit experiri, ut laudato loco docet Magnus Auguſtinus.

Sed de his pluſquam ſatis. Pauca nunc de tertia, ac poſtrema difficultate in eo ſita, quod Chryſoſtomus aliam rationem aſſignet, cur Veteres juſti corporis ab anima ſeparationem ſummo horrore proſequerentur, nimirum quia illi certam reſurrectionis ſpem non habuerint, ex qua reſurrectionis ſpe certiſſima metu illo, ac formidine plurimum levamur. Jam vero quamvis concedam hanc etiam rationem a Chryſoſtomo uſurpari relate ad aliquos legis antiquæ pios, ac optimos viros: nego tamen eam unice a S. Doctore exhiberi: nam pluribus in locis formidabilem fuiſſe mortem in Vet. Teſtamento docet, quod tunc temporis non ſtatim a morte in Dei conſpectum Sancti venirent, idque potiſſimum in hom. panegyrica de Bernice, Proſdoce, & Domnina, quam Joannis Chryſoſtomi genuinum fœtum eſſe abnuit Feltrius ex his præſertim, quæ Vir Doctiſſimus, eique amiciſſimus propediem emiſſurus eſt in lucem. Aſt vir ille ea in lucem jam emiſit, quin homiliam illam non eſſe verum, ac germanum Chryſoſtomi opus oſtendere potuerit, quamvis nil intentatum reliquerit, quo id conficeret. Audi quomodo ipſe loquatur in Animadverſion. in lib. Faſſonii num. 107. *Conſultus itaque arbitrarer Homiliæ de qua agimus... tanti Doctoris nomen abripere; quod ego intrepide facerem, niſi in alio indubio opere ſuo comparem omnino doctrinam non inveniſſem. Quoniam igitur ex hoc capite ita reſpondere non licet: quid nobis reſtat, niſi ut cum debita reverentia dicamus S. Antiſtitem*, profecto *eloquentiſſimum, hominem tamen fuiſſe, qui falli poſſet, & falſus revera ſit in hujus difficillimi loci interpretatione: quæ proinde interpretatio ſalva honorificentia ſibi debita, ob multiplices ſuas, rectiſſimaſque doctrinas, Dei ornantes Eccleſiam a nobis rejicitur aliorum etiam Doctorum auctoritate.* Stat igitur, manetque homiliam panegyricam de Bernice, Proſdoce, & Domnina ab Joanne Chryſoſtomo elucubratam fuiſſe. Atqui in ea S. Epiſcopus Veteribus Patriarchis formidabile fuiſſe mori, Sanctis vero hujus Teſtamenti pergratum eſſe, ac perjucundum tradit, quod illis ſtatim poſt mortem beatifica viſio non daretur, illis vero, ſi ita hinc exeant, ut nihil luendum ipſis ſuperſit, confeſtim tribuatur: *olim enim* (ait S. Doctor) *ad infernum mors deducebat, nunc autem ad Chriſtum mors tranſmittit.* Falſum eſt itaque a Chryſoſtomo non aliunde repe-

Digitized by Google

Dei viſionem agnovit S. Pictavorum Antiſtes, vel non. Si primum, ergo uſque ad glorioſæ reſurrectionis tempora Dei conſpectum Davidi differendum putavit, quod eſt abſurdum, omnibus fatentibus. Si alterum; ergo & pro antiquis juſtis, ſpeciatim vero pro Dàvide, & Lazaro promptam aſſeruit beatitudinis retributionem. Tres porro in noſtra ſententia ſtatuendi fuiſſent pro antiquis juſtis ſtatus: a die nimirum dormitionis primus uſque ad Chriſti profectionem ad inferos; ſecundus ab hac Chriſti profectione ad univerſale judicium; tertius denique ab univerſalis judicii die *in ſeculum ſeculi*. Hanc tamen temporum diſtinctionem excludit Hilarius. Ergo &c. Ex altero quoque Hilarii teſtimonio hoc ipſum liquet. Quid enim eſt illud, *ſub Sanctorum cæleſtium conſcientia*, niſi certitudo, ac ſecuritas, quod alii jam Sancti in cælum deducti ibidem regnent? Statuit ergo Hilarius eo, quo hæc pronunciabat David, tempore, cæleſtes Sanctos fuiſſe, hoc eſt beatos, & Dei eſſentia, ac pulchritudine perfruentes. Ergo ante Chriſti profectionem ad inferos.

82. Ad hoc argumentum venia dixerim præclariſſimi Viri, quocum mihi ſermo eſt, pronunciatum ab Hilario non fuiſſe recenſitis, ſive vocabulis, ſive loquendi formulis, David ſtatim a morte factam fuiſſe copiam videndi Deum facie ad faciem. Id autem exploratum, manifeſtumque cuique fiet, qui perſcrutari mecum non dedignabitur, quid illa locutione, *poſt ſagittas Domini*, intellexerit S. Doctor. Huic ergo phraſi triplicem rem, notionemque ſubjicit loco laud. 1. eam ſignificare docet Chriſti doctrinam num. 5. inquiens: *Solæ Domini potentes ſunt, & acutæ ſagittæ, quæ linguam doloſam valeant configere, habentes in ſe virtutem perurendæ fraudulentiæ, atque vaſtandæ; de quibus in ſeptimo pſalmo ait*, Sagittas ſuas arſuris operatus eſt; *quæ ſibi utraque conveniunt. Dei enim verbum omnem nequitiam configit, & omnem ſenſum petulantiæ convulnerat, & illum ipſum mortis aculeum vehementiſſimum compungit ...... cujus Doctrinæ per Apoſtolos revelandæ in pſalmo altero meminit dicens*, Sagittæ parvulorum factæ ſunt plagæ eorum. *Has potentes ſagittas &c.* 2. temporales corporis cruciatus, unde num. 6. ſubdit; *Sed & beatus Job hoſtem ſuum, quo confixus fuerat ignorans, cruciatus corporis ſui, & dolores ſagittas Domini eſſe dixit dicens*, Sagittæ enim Domini in corpore meo ſunt, quarum indignatio ebibit ſanguinem meum. 3. tandem ipſum Chriſtum num. 8. his



repeti ſolatium noſtrum in propinquorum morte; quam ex ſpe reſurrectionis, nulla prorſus facta mentione beatificæ viſionis.

Digitized by Google

his verbis; *Sagittam ipſum Dominum nuncupatum in eodem Eſaia meminimus hoc modo*; Et poſuit me, tanquam ſagittam electam, & in pharetra ſua abſcondit me, & ait, Grande tibi hoc eſt, vocari te puerum meum. *Eſſe itaque intelligimus etiam hunc utilem ſagittam, & potentem confixis vitiorum noſtrorum aculeis, ſalubri nos vulnere, utilique penetrantem; de qua ſagitta ſponſa illa in Canticis dixerit*, Vulnerata dilectionis ego ſum.

83. Jam vero certus non eſt Hilarius, ſed potius ambigit, an Propheta per *ſagittas Domini*, temporales corporis cruciatus voluerit indigitare; ſubdit enim num. 6. verſ. fin. *Et forte has quoque ultricium pœnarum ſagittas adverſus labia iniqua, & linguam doloſam imprecetur Propheta, quibus confixa cum lingua doloſa univerſa labia iniqua perurantur*: nam particula *forte* non aſſerentis, ſed dubitantis indicium eſt. Supereſt ergo, ut nomine *ſagittarum Domini*, aut cœleſtium præceptorum, ſeu Chriſti, doctrinam, aut ipſum Chriſtum indicare putaverit. At neutra expoſitio Feltrium juvat, ſed utraque potius ei adverſatur: ſi enim S. Doctor Chriſti doctrinam per *ſagittas* deſcripſit, illorum verborum, *Convenit, Prophetam expectantem poſt ſagittas Domini, & illos carbones deſolationis beati illius regni, & æterni temporis gloriam id, quod expectat deſiderare*, illorum, inquam, verborum ſenſus eſt Prophetam expectaſſe *beati illius regni, & æterni temporis gloriam* poſt cœleſtem doctrinam Apoſtolis a Chriſto traditam; ſi vero per *ſagittas* ipſum Chriſtum voluit indigitare, orationis Hilarii vis, ac poteſtas eſt, *beati illius regni, & æterni temporis gloriam* expectaſſe Prophetam poſt Chriſtum. Porro utrumque probat, nonniſi peracta Chriſti morte, David conſecutum fuiſſe cœleſtis beatitudinis præmium. Cum ergo ſubdit Hilarius, Prophetam feſtinaſſe *peregrinari a terrenis, a corruptibilibus, atque præſentibus, & incolere cœleſtia, inviſibilia, & æterna conſequi*, deſideraſſe *in æternorum Sabbatorum requie eſſe, aſſiſtere ei, qui per Joannem revelatur, agno, induci in terram ſanctam* &c. non eſt illi animus, Davidem, cum primum mortem oppetiit, Dei conſpectu donatum fuiſſe, ſed ſermo illi eſt vel de temporibus, quæ Chriſti mortem ſunt ſubſecuta, redemptionis nempe, & gratiæ, vel de tempore, quo David beatitudine potitus fuit, licet remotis impedimentis illi ſtatim ab obitu ea deberetur, vel denique figurate loquitur, quemadmodum & de Lazaro præſtitiſſe, in anteceſſum demonſtravimus.

84. Quod ſi a me quæras, ſi poſt Chriſti dumtaxat adventum, proindeque diu poſt mortem, Propheta expectabat beati regni, *æternique temporis gloriam*, cur adhuc vivens hæc tantopere deſiderabat, omneſque moras odio ſummo proſequebatur? Facilis, ac prom-

pta

pta reſponſio eſt, beatificam viſionem debere a Sanctis cujuſque temporis toto ſuæ vitæ ſpatio deſiderari, & nonniſi inceſſanter eam deſiderantibus, ac expectantibus ipſam conferri, cumque maximum bonum ea ſit, nunquam nimis optari. Præterea dum in terris David degebat, hujus mundi periculis obnoxius erat, propterea incertus, & anceps vivebat de æterna ſalute, ac cœleſtis gloriæ poſſeſſione. Ideo igitur in hoc nimium ſibi prolixo in corpore incolatu congemiſcebat, ideo feſtinabat peregrinari a terrenis, ideo caduco, atque infirmo corpore abſolvi cupiebat, ut de cœleſtibus, inviſibilibus, atque æternis certus, ac ſecurus evaderet, eaque ſuo tempore obtineret.

85. Ex his patet ſolutio ad argumentum, quod ex decantatis Hilarii phraſibus Adverſarius inſtituit. Ad id, quod additur, nimirum, quæ de N. T. Martyribus habet Hilarius, eadem prorſus eſſe cum illis, quæ habet de David, aliiſque optimis viris V. T. reſpondeo negando prorſus hanc identitatem: in illis enim, quæ S. Doctor ſcibit de N. T. Martyribus, minime occurrunt eæ loquendi formulæ, quæ offenduntur in illis, quæ de David, cæteriſque veteribus Sanctis ſcribit, quæque nos cogunt, ut ampliſſima vocabula, ac ſplendidiſſimas locutiones, quas de ipſis pronuntiat non de prompta beatitudinis collatione, ſed vel temporibus Chriſti mortem ſubſecutis, vel de beatitudine *in ſpe*, vel de inſtanti, quo beatitudinem illi inierunt, vel denique non proprie, & naturaliter, ſed figurate accipiamus. Rem juvat experiri una, vel altera hanc ad rem ob oculos poſita Hilarii ſententia. Tract. in pſal. 65. num. 23. de N. T. Martyribus hæc habet S. Hilarius: *Per hæc itaque genera pœnarum Martyres in fidei teſtimonium corpora ſua holocauſta voverunt; ut in Dei domum, ideſt in cœleſtis domicilii habitatione conſummatis hoſtiarum ſuarum ſacrificiis introirent.* Quod ibi loquatur S. Epiſcopus de Martyribus N. T. ex his conſtat manifeſte, quæ ſcripſerat num. 19. ejuſdem tractatus hoc pacto: *Sed quæ tandem vox laudis* (de qua egerat num. præced.) *ejus audiri efficienda eſt?* Nempe ea, *quod credentium animam poſuerit in vitam, quod Apoſtolicæ prædicationi, & Martyrum confeſſioni conſtantiam, & perſeverantiam largitus ſit confitendi, quorum diſcurſibus orbem terræ, quibuſdam quaſi pedibus, cœleſtis regni prædicatio tranſcurrit.* In omnem terram exivit ſonus eorum. *Et alibi ſpiritalis diſcurſus gloriam clamat Spiritus Sanctus.* Quam ſpecioſi pedes evangelizantium bona, evangelizantium pacem! *Hæc ergo vox laudis prædicantium audienda præconio eſt, Propheta teſtante.* Qui poſuit animam meam ad vitam, & non dedit commoveri pedes meos. *Non enim humanarum comminationum terriculis a curſu prædicationis ſuæ Apoſtoli deflexi ſunt: neque firmitas pedum inſiſtentium a fidei greſſu*

*greſſu commota eſt*, *quin ſemper judicii* , *&* *regni æterni Dominum prædicarent*. In pſalm. 58. num. 6. *Et dignum fuit*, inquit, *reditum ejus* (Chriſti) *ambitione occurſus cæleſtis ornari* : *ne ingreſſuro cælos dignatio paterna de cælo deeſſet*. *Neque id mirum*: *cum primo nominis ſui* Martyri *Stephano*, *velut in primoribus*, *in occurſum a Deo Patre deſcenſum ſit*. Idque paſſim alibi. Porro in his locis quænam particula, aut phraſis occurrit, quæ nos impellat, ut non de beatitudine Martyribus N. T. ſtatim a morte, ſed diu poſt eorum morte conceſſa; aut non proprie, & litteraliter, ſed figurate ea accipiamus. Efficitur itaque, quæ de N. T. Martyribus habet Hilarius, eadem prorſus non eſſe cum illis, quæ de Davide idem Hilarius ſcribit.

86. Jamvero vehemens deſiderium, maximumque Sanctorum hujus Teſtamenti peregrinandi a terrenis, derelinquendi corruptibilia, & præſentia, ponendique infirmum, atque caducum hocce corpus recte probat illos ſtatim a morte incolere cœleſtia, æterna, & inviſibilia conſequi, in æternorum Sabbatorum requie eſſe: ita enim hæc illi modo deſiderant; ut *poſt ſagittas Domini*, nimirum poſt cœleſtium præceptorum, ſeu Chriſti doctrinam, ea non expectent, non modo Chriſtus jamdiu advenit, ejuſque doctrina revelata eſt. Idipſum porro colligi nequit ex Davidis, aliorumque Juſtorum veterum deſiderio, quia, Hilario teſte, ita ipſi cupiebant peregrinari a terrenis, corruptibilia, atque præſentia derelinquere, infirmo, ac caduco corpore abſolvi; ut tamen non ſtatim a morte cœleſtia incolerent, æterna, atque inviſibilia conſequerentur, in æternorum Sabbatorum requie forent, ſed nonniſi *poſt ſagittas Domini* his omnibus potiri deberent. Toto igitur oſtio a mente S. Doctoris aberrat Adverſarius, dum dicit, Prophetæ deſiderium idem omnino fuiſſe ex Hilario cum eo, quo excitabatur Paulus illa pronuncians, *cupio diſſolvi*, *&* *eſſe cum Chriſto*, & cum eo etiam, quo nos clamamus quotidie: *Adveniat regnum tuum*.

87. Nec obeſt, quod in pſalm. 62. num. 3. ad illud, *Sitivit in te anima mea*, inquiat S. Epiſcopus. *Hoc animæ deſiderium*, *hæc ſitis ſpei ejus* (Davidis) *eſt*, *ut Dei ſibi proveniat adſpectus*. Si enim hoc probaret, Davidem, oppetita morte, nulla intercluſa mora, in Dei conſpectum veniſſe, probaret etiam, illico percepiſſe cumulatæ beatitudinis, ſeu finalis reſurrectionis beneficium: nam e veſtigio ſubdit Hilarius: *ut quamprimum raptus in nubibus Deo Chriſto obviam elevatus appareat*, quod de finali reſurrectione eſt accipiendum; cum affine ſit illi Apoſtolicæ ſententiæ 1. ad Theſſal. IV. 16. *Deinde nos*, *qui vivimus*, *qui relinquimur*, *ſimul rapiemur cum illis in nubibus obviam Chriſto in aera*; *&* *ſemper cum illo erimus*, ubi de finali corporum reſurrectione ſermo fit. Jam vero particula *quam-*

*pri-*

*primum* ſignificat *ſtatim*, *confeſtim*, *illico* &c. Quocirca ſi ex illis verbis, *Hoc animæ deſiderium*, *hac ſitis ſpei ejus eſt* &c. eruitur, Davidi poſt ex hac vita diſceſſum cœleſtem gloriam confeſtim collatam fuiſſe, æquo jure immo multo magis erui debet ex verbis ſubſequentibus ipſum tunc temporis corporis etiam immortalitatem habuiſſe. Hoc autem nunquam Feltrius concedet, ſed illa verba vel de dono immortalitatis *in ſpe*, vel de tempore, quod David immortalitem percipiet, vel denique non proprie, & litteraliter, ſed figurate accipiet. Eccur igitur & antecedentia verba eodem modo non explicabis?

88. Ex his liquido conſtat, celebri Adverſarii argumento non infringi penitus rationem a nobis petitam ex Sanctiſſimorum etiam Hebræorum formidine mortem obeundi: cum enim ſancti illi viri probe conſcii eſſent, non ſtatim poſt mortem, immo ne poſt purgatorium quidem (ſi cuiquam illorum non plene mundato hinc decedenti erat ſubeundum), niſi in illo uſque ad Chriſti deſcenſionem permanſiſſent, ſed poſt Chriſti dumtaxat adventum, obitumque beatificam viſionem ſe percepturos, mori proinde metuebant, ne profluentem ex dilatione gloriæ dolorem, afflictionemque experirentur, quamvis non ignorarent, nonniſi expleto vitæ præſentis curriculo, ſecuritatem, ac certitudinem haberi poſſe de æterna ſalute, deque beatificæ viſionis poſſeſſione. Recole, quæ 4. præcedenti annotat. hac de re ſcripſimus.

89. Teſtimonium ex pſal. 51. num. 22. officit magis, quam faveat Adverſario: cum enim non ſingulari, ſed plurali numero ibi Hilarius utatur, nam ſcribit *Davidem ſciviſſe, ſibi in Abrahæ ſinibus eſſe vivendum* uſque ad glorioſam corporum reſurrectionem, propterea non unicum, ſed plures Abrahæ ſinus eſſe putavit, ſeu potius illi ſinui non unam ſemper, eandemque, ſed variam, diverſamque rem, ac notionem ſubjecit, & per ipſum modo locum in aliqua ſubterranea ſede poſitum, modo cœleſte domicilium intellexit. Præterea non ex uno, vel alio textu, ſed ex conſtanti, ac perenni ejus doctrina Patris alicujus ſententia colligi debet: quamquam ergo ſuboriri poſſet ſuſpicio hoc loci Hilarium facilem Dei viſionem Davidi conceſſiſſe; attamen id ſtatim concludere non poſſumus, ſed debemus locum hunc obſcurum, atque ambiguum cum aliis clarioribus, nitidioribuſque ejuſdem S. Doctoris textibus comparare. Porro ex continua, perpetuaque illius doctrina palam eruitur ipſum Prophetæ eam viſionem ante Chriſti obitum denegaſſe, ſicuti a nobis antea oſtenſum eſt. Non igitur Hilarius duos tantum Davidi poſt mortem ſtatus, ſed illi, ceteriſque Juſtis V.T. tres ſtatus aſſignavit: primum videlicet a die dormitionis uſque ad Chriſti profectionem ad inferos, in quo jucundiſſimo Dei conſpectu privati vivebant; ſecundum ab hac Chriſti pro-

Digitized by Google

profectione uſque ad univerſale judicium, & in hoc ſtatu viſionis beatificæ participes ſunt; tertium denique ab univerſalis judicii die *in ſæculum ſæculi*. In mentem revoca dicta parag.

90. Ultimum teſtimonium facile explicatur, ſi verba præcedentia cum ſubſequentibus, omni partium ſtudio ſemoto conferantur; en illa. *Expectabit ergo* ( David ) *Dei nomen, cui confitetur, per quem facta ſunt omnia, ut ait Paulus:* Unus enim Deus Pater, ex quo omnia, & nos in ipſo: & unus Dominus Noſter Jeſus Chriſtus, per quem omnia, & nos per ipſum. *Hujus ergo nomen expectat, Jeſum ſcilicet videre, ideſt Salvatorem ſuum noſſe, Angelo dicente.* Cognominabis nomen ejus Jeſum: ipſe enim ſalvum faciet populum ſuum a peccatis. *Chriſtum conſpicere, ut per profeſſionem generoſæ familiæ ſit Chriſtianus expectat. Bonum autem hoc nomen eſt, quod Angeli, atque Archangeli adorant, quod dæmones tremunt, & ferre non poſſunt, quod ad ſalutem homines aſſumunt: quia ſcriptum eſt*: Et omnis, qui invocaverit nomen Domini, ſalvus erit. Dic ſodes; quid quæſo ſibi volunt phraſes illæ, *Expectabit ergo Dei nomen, cui* &c. *Hujus ergo* nomen *expectat* &c.? Non aliud ſane ipſæ ſignificant, niſi Davidem ſtatim poſt mortem Meſſiam non vidiſſe, ſed ſummopere deſideraſſe eum videre. Quorſum autem tam ardenter eum noſſe cupiebat? an ut ejus humanitatem ſpectaret, profluentemque inde conſolationem perciperet? At quamvis ex viſione humanitatis Chriſti ingens gaudium David eſſet percepturus, maxima tamen cupiditas, qua flagrabat, eum conſpiciendi, majus quidpiam, quam ſit humanitatis Chriſti adſpectus, Prophetam exoptaſſe ſignificat. Verum quid opus eſt, ut in Davidicæ expectationis inveſtigatione diutius immoremur, cum Hilarius aperte dicat, illum, ſalutem, proindeque beatificam viſionem, ſine qua ſalus vera eſſe non poteſt, deſideraſſe, ac expectaſſe? cum enim dixiſſet, *hujus ergo nomen expectat, Jeſum ſcilicet videre* &c. e veſtigio talis expectationis cauſam adjecit illud Matth. c. 1. v. 21. referens: *ipſe enim ſalvum faciet populum ſuum a peccatis*. Expectabat ergo David liberationem ab originalis peccati pęna, quæ nonniſi per Chiſtum haberi poterat, ſalutemque exoptabat. Quì igitur divinæ contemplationis facie ad faciem ſtatim a morte particeps erat? Cum ergo ſubdit S. Doctor, *Expectat autem non occulte, non trepidus, non ſolus; ſed in conſpectu Sanctorum ejus, fide ſcilicet libera teſtimonium expectationis ſuæ vel ſub Sanctorum cęleſtium conſcientia non recuſans, vel* &c. vel loquitur figurate, vel de tempore loquitur redemptionis, & gratiæ, quo Prophetæ, & Patriarchæ cęleſtes facti ſunt, quia in cęlum cum Chriſto aſcenderunt, vel de Sanctis hujus Teſtamenti, quos ad moram hujus ſæculi æquo animo perferendam hortatur, ſicut ipſe tum in hoc ſæculo, cum in altero intrepide ſuſtinuit tam adventus Meſſiæ, quam

cęle-

cœleſtis gloriæ expectationem. Ad ſecundum itaque argumentum ſic reſponſum eſto.

91. Tertium argumentum ex illis Hilarii locutionibus Feltrius acceſſit, quibus vel Heliæ in cœleſtem habitationem deſcribit raptum, vel infantium cædem & exprimit, & commendat maxime. Quamvis enim hæ, ſi ſolitarie ſpectentur, minoris eſſe momenti videantur; habita tamen omnium ratione, quæ hactenus diſputata ſunt, vim ſuam præſeferunt, ac pondus. Hilarius namque tract. in pſal. 118. lit. 18. num. 3. *Sanctus ille*, ait, *& in cœleſtem habitationem raptus in corpore Elias Propheta* &c. (1). Et comment. in Matth.

I c. 1.

(1) Compertum viris eruditis cenſet Feltrius, quæ ſint Theologorum, ac Divinarum litterarum Interpretum diſſidia de loco, in quem Enoch, & Elia tranſlati ſint. Non defuiſſe viros doctiſſimos, qui *Paradiſi*, ac *Cœli* nomine, quo apud Divinos auctores deductos eos fuiſſe legimus, intelligendum velint Paradiſum Sanctorum, & cœlum empyreum neminem latere poteſt; qua de re præter cæteros plurimos noviſſime Faſſonius eleganter, eruditeque diſſeruit in Opere *De Piorum in ſinu Abrahæ beatitudine* c. 13. parag. 187. 190. Quidquid de hac controverſia ſenſerint viri Clariſſimi, illud unum tacitus præterire nequit egregius Diſputator, quod ex Gennadio Scholario Patriarcha Conſtantinopolitano deducere eſt, ſive quicumque auctor ſit Operis, cui titulus: *Defenſio quinque capitum, quæ in Sancta Æcumenica Florentina Synodo continentur*. Capite ſcilicet 4. ſect. 3. ut evincat Gennadius, Marcum Epheſinum, adverſus quem cauſam agit catholicam, non ſibi conſtare circa Sanctorum fruitionem, ubi obſervaſſet, eum in Epiſtola ad omnes gentes, & inſulas miſſa, penitus fruitionem Sanctorum ſtatim ab obitu ſtatim negaſſe, hunc pergit in modum: *At in Oratione, quam is in Divi Eliæ commemorationem conſcripſit, aperte confitetur Sanctos recipere, ubi dicit*: Ego vero, quod ei, veluti Sanctorum animabus ubilibet ad tempus morari, & in ſua æde verſari, & ad deprecantes paſſim commeare, neceſſarium, & verum eſſe exiſtimo. At non ideo eum cœlo carere dixerim, aut non una cum ſplendoribus angelorum, Domini throno aſſidere. Nam aliis inferior eſſet, qui fere ſuper omnes eminebat, ſi quia carne induebatur, ſocietate eorum ſpoliaretur, & Dei ad faciem viſione, qua per omne ſuæ vitæ tempus inprimis potitus eſt, meis quoque verbis teſtificatur, quod in eum Eccleſia ita canit: PROPHETA PRÆCO CHRISTI A MAGNIFICO THRONO NUNQUAM DISJUNGERIS ET CUICUMQUE LANGUENTI IN ALTISSIMIS MINISTRANDO SEMPER ADES, ORBI TERRARUM BENEDICIS, UNDIQUE GLORIFICATUS. *Vides* (rurſus Gennadius loquitur), *ut hic clare, & aperte Sanctos Dei viſione perfrui ad faciem aſſeverat?* Hactenus Gennadius, Fabio Benevolentio Senenſe Interprete Rom. edit. 1657. Ex quibus verbis colligimus, quæ olim de Elia cecinerit Eccleſia in feſto Eliæ Prophetæ, quod in Maryrologio Rom. ad diem 20. Menſis Julii recenſetur, Templis apud Græcos maxime in Eliæ honorem e fundamentis erectis. Ea autem cecinit, quæ non obſcure ſignificant, in eum locum Eliam fuiſſe tranſlatum, ubi præſentem

Deum

c. 1. num. 7. ad illa Hieremiæ verba : *noluit conſolari, quia non ſunt*; quæ Matth. ipſo docente adimpleta ſunt in ea infantium occiſione, hæc ſcribit: *Denique conſolari ſe noluit, quæ dolebat. Non enim non erant illi, qui mortui putabantur; in æternitatis enim profectum per Martyrii gloriam offerebantur. Conſolatio autem rei amiſſæ erat præſtanda, non auctæ*. Quamvis autem Feltrius nobiſcum fateatur magno ſe errandi periculo aliquando objicere, qui ex quibuſdam Patrum vocibus colligere ſe poſſe exiſtimant, ſuæ illos opinionis veluti ſemina, ac fundamenta jeciſſe, rogatos tamen nos vult, ut ſerio attendamus, non ex hiſce tantum Hilarii vocibus nude ſumptis ſe argumentum deducere, ſed ex hiſce comparate ad ea plurima, quæ ſuperius ipſe adnotavit. Optimam enim interpretandi Patrum dicta eam eſſe didicit rationem, quæ tota verſatur in conferendis eorum ſententiis, eruendoque ſenſu iis quæ præcedunt, aut ſequuntur, apte, accommodateque reſpondente. Quæ firmiſſima Critices regula ſi præ oculis habeatur, nullo negotio compertum futurum exiſtimat, ex hoc

Deum cerneret, atque conſpiceret, uti verborum vim, poteſtatemque ſerio inveſtiganti apertiſſime innoteſcit. Ex quibus, aliiſque non paucis, quæ ad rem poſſent afferri, illud exiſtit, ut nec nova, nec inaudita dicenda ſit Hilarii ſententia de *Elia in cœleſtem habitationem* rapto, ideſt, in Beatorum ſedes, ac in cœleſtis hæreditatis poſſeſſione translato. Hæc Feltrius.

Nota, immo notiſſima nobis ſunt Theologorum perinde, ac Interpretum diſſidia de loco, in quem tranſlati fuerunt Henoch, & Elia. Non defuiſse viros doctiſſimos, quin etiam Eccleſiæ Patres, & præcipue Hieronymum, qui illos in cœlum empyreum deductos fuiſse arbitrati ſint, pariter non ignoramus: attamen nos etiam minime latet Hieronymum, ac reliquos præfatos viros contendere nonniſi in Chriſti aſcenſione Henoch, & Eliam in cœlum fuiſse aſsumptos. Tam alte Doctoris Maximi, aliorumque Eccleſiaſticorum Scriptorum menti doctrina inſederat, neminem ante Chriſtum in cœlum empyreum fuiſſe admiſsum, effectumque divinæ contemplationis participem. Jam vero idem ſignificari cenſemus illis, non univerſalis, ſed particularis Eccleſiæ vocibus a Feltrio productis, *Propheta Præco* &c.: putamus enim verbis illis ad ſummum indigitari Chriſto in cœlum advolante illic introductos Eliam, & Henoch. Niſi cum perinſigni Theologo Joanne Laurentio Berti Theologic. Diſciplin. tom. 1. c. 7. ad fin. velimus dicere per hoc, & id genus alia indicari, *quod confirmati* (Henoch, & Elias) *in gratia, & corpore, & ſpiritu per Dei protectionem, nec deficientes, nec proficientes, certiſſime credantur amici Dei, conſtet Eccleſiæ judicio ſingularis eorum virtus, & revelatus ſit in Scripturis futurum eorum exitus*. Quapropter ex his colligi non poteſt, nec novam, nec inauditam dicendam eſse Hilarii ſententiam (ſi tamen Hilarius id ſenſit, quod nos ſequenti parag. 93. ab ejus mente penitus abhorrere conficiemus) de Elia *in cœleſtem habitationem*, ſeu in cœlum empyreum, rapto ante Chriſti obitum.

hoc pariter Hilarii teſtimonio de infantibus Martyribus aliquod peti poſſe argumentum ad propoſitam quæſtionem illuſtrandam (1).

I 2 92.

(1) *Quoniam vero de pueris Herodis juſsu* interfectis injectus eſt ſermo, diſſimulare non poteſt Adverſarius, facile nimis, atque præpropere a Theologis nonnullis, qui cum cæteris vulgo ſentiunt, Dei fruitionem ante Chriſti mortem nulli prorſus fuiſse redditam, nimis, inquam, facile exiſtimari, fundamentum aliquod ſuæ opinionis in eo etiam deprehendi, quo in feſto horum puerorum die vetus canticum *Te Deum*, & vox *Alleluja* a Sacerdotibus preces divinas facientibus omittatur. Infirmum, ac nullum eſse hujuſmodi argumentum pluribus evincit Feltrius: quæ tacitus prætereo, quod præfato argumento, nihil, aut parum certe communem ſententiam juvari concedam, quæ firmioribus longe multo fundamentis innititur. Quapropter ea dumtaxat proſequar, queis conficere putat egregius Diſputator Martyribus infantibus beatificam viſionem conceſſam fuiſſe. Ea ſunt autem, quæ in Gallicanis Liturgiis præſcribebantur ad diem illorum feſtum. Lege Sacramentarium Gallicanum ex codice pluſquam 1000. annor. deſcriptum a Mabillonio Muſæi Italici Tom. 1. parte altera: occurret tibi pag.293.Edit.Pariſ.an.1724.Miſſa in feſto SS Infantium, cujus oratio, quæ ibi *conteſtatio* dicitur, apud nos vero *præfatio*, hæc inter cætera complectitur: *Infans Chriſtus tranſmittit ad cœlos, nova exſenia Patri, primitias exbibet, per Chriſtum Dominum noſtrum* &c. Quibus verbis maxime Feltrius permotus eſt, non modo ex eo, quod aperte indicant, pueros illos ſtatim ad Patrem tranſmiſſos in cœlos, & primitias veluti Genitori exhibitos: ſed etiam ex eo quod illa invenerit eadem prorſus cum iis, quæ apud Chryſoſtomum hom. 3. ex variis in Matth. locis. *Expugnant tempore uno nativitatem, & mortem, ingreſſum, & exitum, principium, & occaſum, ut ipſis poſſet tempore uno (ut dixi) contingere; & naſcendo ingredi mundum, & dedicare Martyrio cœlum . . . merentur pœna Martyrium, gloriam comparant, æternam vitam temporali morte commutant . . . tranſmittit infantes infans Chriſtus ad cœlum, nova xenia Patri, primitias fructuum exbibet Genitori.* Hæc autem nonne aptiſſime exprimunt beatitudinem iis Martyribus ſtatim conceſſam?

Eandem ſubinde ſententiam ampliſſimis exornavit verbis Gallus item Scriptor Arnoldus Abbas Vallis Carnotenſis Ord. S. Bened. in tract. *De Cardinalibus Chriſti operibus* inter Cypriani opera. Agens enim *De innocentium Morte* ita ſcribit: *Sic Sanctorum perſecutionibus tyrannus crudelis illuditur, qui dum putat perdere, quos occidit, meliorem vitæ ſtatum eis procurat: & quod ille in perditione molitur pro beneficio, quibus lucra vitæ perpetuæ per hæc momentanea damna celeri compendio acquiruntur: . . . Illico ſpiritus infantilis vaſculi receptaculum deſerens . . . . ab illis infantilibus coagulis anima expedita, adepta rationis, & intellectus plenitudinem in occurſum Chriſti feſtinat, a quo militiæ ſuæ quærens ſtipendia ad lucts, & pacis æternæ præmittitur gaudia, & Epiphaniæ ſolemnia in cæleſtibus celebrat, nec in ſtellæ alicujus lumine,* ſed in ipſa *claritate Divinæ præſentiæ gloriatur . . . In momento aſſecuti ſunt; quæ pacificis, & mundo corde debetur, beatitudinem. Hi itaque a cunabulis in cœlum translati; facti ſunt ſuperni capitolii ſenatores, & judices* &c. Amplioribus numquid verbis deſignari poteſt cæleſtis beatitudo, quam ex Arnoldo infantes illi ſunt ſtatim a morte conſecuti?

Ad Gallicani Sacramentarii auctoritatem reſpondeo imprimis, eam

ma-

Digitized by Google

25



92. Hoc argumentum, ut nemo non videt, ex duobus coaleſcit Hilarii teſtimoniis. Et ad primum quod attinet, nego S. Doctorem per

---

magis contra Adverſarium, quam contra nos probare: nam cum ſancti illi Martyres *primitiæ* Deo Patri a Chriſto exhibitæ in ea dicantur, ſponte ſua fluit, nemini ante pueros Herodis juſſu interfectos ad claram Dei viſionem aditum patuiſſe; alioquin immerito *primitiæ* vocarentur. Quocirca ex decantata auctoritate eroi minime poteſt Patriarchis, & Prophetis ſtatim a morte factam fuiſſe copiam Deum clare & intuitive videndi.

Reſpondeo 2. in ea dici Chriſtum infantem infantes Martyres tranſmiſiſſe ad cœlum, & Deo Patri primitias exhibuiſſe, quia certum erat eos, cum in odium Chriſti fuerint necati, certum, inquam, erat, eos, & quidem brevi, cum jam Servator adveniſſet, divina fruitione eſſe donandos: id quod patet ex paribus Chryſoſtomi locutionibus, quas in ſuæ ſententiæ confirmationem laudat Feltrius; ut enim Annotat. in 2. Epiſtolam confecimus, Lazarus, David, aliique Veteris Teſtamenti pii, ac optimi viri ab Epiſcopo Sanctiſſimo affirmantur in cęlum ante Chriſti mortem deducti, bonis innenarrabilibus cumulati, corona redemiti, præmio affecti, non quod oppetita morte beatifica viſione confeſtim fuerint potiti, ſed quod, ut in illa Lucæ verba, *Hodie mecum eris in Paradiſo* pluribus Sacræ Scripturæ exemplis ſeipſum explicat, certo certius erat eos ſuo tempore tali viſione eſſe beandos. Idem ergo voluit S. Doctor, cum ſcripſit, *tranſmittit infantes infans Chriſtus ad cœlum*, *nova xenia Patri*, *primitias fructuum exhibet Genitori*. Lege prædictas annotationes in 2. Epiſtolam.

Eodem plane modo loquitur Arnoldus, non, ut Adverſarius ſcribit, in tract. *De Cardinalibus Chriſti Operibus*, ſed in tract. *De Stella, & Magis, & Innocentium Morte* Jamvero ut ita ejus interpretemur mentem nos cogunt plures loquendi rationes, quæ in reliquis ejus ſcriptis offenduntur. Tract. in illa verba, *Amen dico tibi*, *Hodie* &c. hæc habet Arnoldus prope fin. *Supplet vicem tuam* (alloquitur Petrum) *Summus Sacerdos* (Chriſtus), *apertiſque ſeris antiquis* (ab eodem Chriſto) *Latro, primitiæ derelictorum, introducitur in regnum cęlorum. Amovetur ab introitu Paradiſi cuſtodia ab initio pervigil, & verſatilis ille gladius minax, quem Cherubim ab antiquo vibraverat, unde Lucifer corruit*. Ex his liquido conſtat de Arnoldi ſententia ante Chriſti mortem, ejuſque profectionem ad inferos cęlum nemini patefactum fuiſſe, nemini licuiſſe in regnum cęlorum introire. Qui enim fieri poterat, ut quis ſeris antiquis nondum a Chriſto apertis, nondum amota Angeli cuſtodia, & verſatili gladio ab introitu Paradiſi prohibente regnum cælorum ingrederetur?

Neque dicas Arnoldum ibi ſermonem habere de cęlo empyreo, in quem nemo ante Chriſtum fuit receptus: non autem de viſione beata, in qua pueri Martyres, cæterique Juſti V.T. ante illos verſantes divino bearentur aſpectu: ne, inquam, hoc dicas. Nam quod Arnoldus non de cœlo empyreo, ſed de loco ab illo diverſo mentionem faciat ex eo deducitur manifeſte, quod in illum Latronem ſtatim poſt obitum introductum fuiſſe afferat, divinaque contemplatione donatum. Aſt latro, ſtatim ac exceſſit e vita, in cœlum empyreum translatus non fuit. Erg.

Rurſus Tract. 6. in illa verba, *Pater ignoſce illis* parum a princ. ita ſcribit.

per *cæleſtem habitationem* cęlum empyreum intellexiſſe: nam ſi ille *cęleſtis habitationis* nomine empyreum ſignificare voluiſſet, fieret conſequens, ipſum ſenſiſſe, ante Chriſtum aliquem Prophetarum, & Patriarcharum illuc penetraſſe. Quapropter de Hilarii ſententia Chriſtus omnium primus in cęlum non conſcendiſſet, nec cœli januas ipſe nobis reſeraſſet, quod eſt contra perpetuam, atque conſtantem Patrum Traditionem, quomodo Vir Eruditiſs. Vincentius Patuzzi perſpicue demonſtrat in lib. nuper impreſſo *de Sedè Inferni in Terris Querenda* c. 12. & alibi: cui traditioni innixa veritatis magiſtra Eccleſia adverſus recentiores hæreticos declaravit, neminem Patriarcharum, juſtorumque V. T. cœlum ante Chriſtum ingreſſum fuiſſe. Id autem non ſtatuiſſet Eccleſia, ſi in contrariam opinionem Hilarius conceſſiſſet; tunc enim actum eſſet de unanimi Patrum doctrina, hoc eſt de Traditione: nam, ut vir longe doctiſſimus Melchior Cano Loc. Theolog. Lib. 3. c. 4. ſcribit: *Si quod fidei dogma Patres ab initio ſecundum temporum ſuorum ſucceſſionem concordiſſime tenuerunt.... Quod tamen e ſacris literis non habetur, id nimirum per Apoſtolicam Traditionem habet Eccleſia*. Aſt ſumma illa Patrum concordia, quæ ad Traditionem adſtruendam neceſſario requiri-

I 3

bit N. Author: *Ad ſanctificationem animæ obtinendam ſpiritus ille* (anima Chriſti) *deſcendit ad inferos, & aſcendit ad ſuperos; ibi confringens vectes ferreos, & hic aperiens portas æternales. Et a corpore quidem anima Chriſti per illud triduum ſe abſentans, non ita divinitatem, quemadmodum carnem, deſeruit: ſed erat Deus in ea indiviſibiliter mundum reconcilians, tollens a nobis* mortis *formidinem per maturam reſurrectionem.. victoriæ ſuæ gloriam cœlo exhibens, & inferno: abſtractiſque his, qui in illa expectatione diu languerant, etiam Angelorum deſideria complevit*. Expende, quæſo, ut cætera omittam, expende, inquam, phraſim illam, *Abſtractiſque his, qui in illa expectatione diu languerant, etiam* &c. Jam probe intelligit Lector Humaniſſimus, de quanam expectatione ibi Author N. loquatur: loquitur nempe de illa expectatione, qua Veteres Juſti in Abrahæ ſinu commorantes Chriſtum præſtolabantur. Jamvero docet eos præ nimia talis expectationis diuturnitate languore confectos pœne fuiſſe. Aſt non ita eis eveniſſet res, ſi, cum hinc exierunt, mox ipſis reddita fuiſſet cęleſtis gloria. Id autem etiam ad infantes Martyres debet extendi, cum abſolute, & abſque ulla limitatione Arnoldus loquatur.

Tandem idem repetit Bonæ Vallis Abbas ibidem ſubdens: *Nec fuit mora inter oblatum, & impetratum, ſed ſub omni celeritate ſe complexa ſunt paſſio, & abſolutio. Itaque alterum ex altero conſtitit, ut eadem hora & repleret ſuperos, & inferos captivaret. Acta ſunt tamen in cęleſtibus gaudia illa prolixiori ſpatio, neque ſtatim reverſa eſt ad corpus ſuum anima Chriſti: ſed interim his, quos de tam antiquis tenebris liberaverat, ſplendoris divini gratulabundam exhibebat præſentiam*. Haud hercle ſcio, an aliquid luculentius dici poſſit. Efficitur itaque, phraſes illas, *illico.... ad lucis, & pacis æternæ præmittitur gaudia, Epiphaniæ ſolemnia in cœleſtibus celebrat, in ipſa claritate divinæ præſentiæ gloriatur, in momento aſſecuti ſunt beatitudinem* &c. referendas eſſe ad certitudinem, quam de beatitudine brevi habenda infantes illi Martyres perceperunt, ſtatim ac ex hac vita migrarunt..

quiritur, in re noſtra deeſſet, ſi Eliam ex hoc mundo in cælum empyreum migraſſe exiſtimaſſet Hilarius. Ex Traditione igitur ſancire Eccleſia nequiviſſet, ante Chriſtum cuique Veterum Sanctorum cœli aditum intercluſum fuiſſe. Multo itaque melius eſt dicere Hilarium per *cæleſtem habitationem*, non jam cælum empyreum, ſed locum, in quo Elias feliciter vivit, intellexiſse, eo ferme pacto quo, cum de eodem Propheta 4. Reg. 11. legitur. *Et aſcendit Elias per turbinem in cælum*, eximio Theologo Joanne Laurentio Berti teſte, per cælum locum felicitatis ſignificatur, in quem Elias fuit translatus

93. Quod ſi *cæleſtis habitationis* nomine non cælum empyreum, ſed locum, ubi Deus clare videretur ante Chriſti mortem, intelligi velit Adverſarius, cum ipſe doceat Patrum doctrinam non ex quibuſdam eorum vocibus eſſe colligendam, ſed ex comparatione illarum cum aliis ejuſdem Patris teſtimoniis, atque ſententiis, ſequitur propterea eam explicationem ab Hilarii propoſito omnino abeſſe, ſive enim præcedentia, ſive ſubſequentia conferas cum memorata Hilarii locutione, manifeſte deprehendes ipſum per *cæleſtem habitationem*, in quam raptum fuiſſe Eliam ſcribit, beatificam viſionem non indigitaſſe.

94. Alterum teſtimonium facile enucleatur, ſi verba, quæ immediate præcedunt illa, ex quibus petitum eſt Adverſarii argumentum, attente conſiderentur: en illa. *Rachel Jacob uxor fuit diu ſterilis, ſed nullum ex his, quos genuit amiſit. Verum hæc in Geneſi Eccleſiæ typum prætulit. Non igitur illius vox, & ploratus auditur, quæ nullam habet amiſſorum filiorum dolorem, ſed hujus Eccleſiæ diu ſterilis, nunc vero fœcundæ. Hujus ploratus ex filiis, non idcirco, quia peremptos dolebat, auditur; ſed quia ab his perimebantur, quos primum genitos filios retinere voluiſſet.* Cum ergo ſubdit Hilarius: *Denique conſolari ſe noluit, quæ dolebat. Non enim non erant ii &c.* De primis Eccleſiæ Martyribus item loquitur, quos certiſſimum eſt *in æternitatis profectum per martyrii gloriam fuiſſe oblatos*. Sive igitur abſolute, ſive comparate ad illa, quæ ſuperius diſputata ſunt, ſumantur hæ Hilarii auctoritates, nunquam ex illis probari poterit, Dei viſionem ante Chriſti obitum juſtis Veteris Teſtamenti S. Doctorem aſſeruiſſe.

95. Hactenus poſitivis, ut ajunt, momentis a Felario pugnatum eſt: negantibus modo utitur, quæ ſuperioribus plurimam opportune lucem, quin etiam pondus, & auctoritatem augebunt. Movet eum ſcilicet, altum Hilarii ſilentium, ubi aptiſſima ſeſe illi offeret occaſio aſſerendi Vet. Teſtamenti juſtos ea ante Chriſti mortem uſos conſuetudine, ut Deum omnino non cernerent. De iis ſermo eſt Erudito viro Divinarum litterarum ſententiis, quibus nos quæſtionem hanc diſſolvi putamus, ac penitus definiri. Sunt autem, quæ

Præ-

præſertim afferri a nobis ſolent, illud Oſeæ 13. 14. *De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos: ero mors tua, o mors, morſus tuus ero inferne*: illud Zachariæ 9. 11. *Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu, in quo non eſt aqua*: illud Davidis 67. 8. *Qui educit vinctos in fortitudine, ſimiliter eos, qui exaſperant, qui habitant in ſepulchris*: & v. 19. *Aſcendiſti in altum, cepiſti captivitatem: accepiſti dona in hominibus*: illud demum Pauli Coloſſ. 2. 15. *Et exſpolians principatus, & poteſtates, traduxit confidenter, palam triumphans illos in ſemetipſo*. Quæ teſtimonia ejuſmodi eſſe volumus, ut non ſolum piorum ex inferis liberationem ſignificent, ſed clament etiam, loquanturque ipſa per ſe, illos Deum antea non vidiſſe. Nam qui de mortis faucibus redempti ſunt, qui ſoluti vinculis, & de cuſtodiis liberati, qui demum, tanquam hoſtium, & tyrannorum ſpolia in libertatem priſtinam reſtituti, iis certe non ea ſe forma oſtendebat Deus, quæ animos florentes efficit, ac beatos: tales vero fuerunt Patres illi ſanctiſſimi, atque optimi, qui in ſinum complexumque Abrahæ venerant; his igitur ea forma non ſe Deus antea oſtenderat.

96. Egregia utcumque ſit hæc argumentatio, ad rem tamen eam non eſſe Feltrius arbitratur, niſi auctoritate Pictavienſis Hilarii, de cujus doctrina, & ſententia unice hic eſt ſermo, demonſtretur, loca illa explicanda de piis hominibus penes Abrahamum interea temporis diverſantibus, quibus Chriſtus inferos adiens divinitatis ſuæ contulerit feliciſſimum adſpectum. Verum ita hæc verſat noſter Hilarius, ut ne minimum quidem verbum appareat, quo interpretatio illa vel leviter deſignetur. Habes Davidis, & Pauli loca a S. Epiſcopo explanata tract. in pſalm. 67. Et ad primum quod attinet, *Qui eduxit vinctos &c.* hunc in modum ſcribit num. 8. *Ligato prius intra domum forti, eos, qui peccatis ſuis vinciebantur, abſolvit: ut Abrahæ filiam ſeptem, & decem annis ligatam, in libertatem verbo virtutis eduxit: eduxit autem etiam eos, qui antea exacerbabant, id eſt, qui tranſgreſſione legis iram in ſe Dei judiciis incitabant, vel adverſum nomen ejus gentili eloquio differebant, ad doctrinam divinæ cognitionis: ut ex perſecutore Paulum Gentium Apoſtolum, Doctoremque præfecit. Hos itaque exacerbantes, inhabitantes antea in ſepulchris, ideſt intra corporum ſuorum emortua domicilia conſepultos in cæleſtem vitam, ſpiritualemque deduxit. Sunt enim multi in viventibus mortui. Nam in Evangeliis mortui non putati non differre docentur a mortuis, Domino dicente*: Sinite mortuos ſepelire mortuos ſuos.... *Sed hos omnes de ſepulchris Dominus, qui in filios Dei regenerantur, eduxit*. Quam ergo indicatam vult Hilarius eo Prophetæ verſiculo liberatio referenda non eſt ad pios in ſinu Abrahæ quieſcentes, ſed ad gentiles, quos ab Idololatriæ erroribus per ſuam gratiam ad Evangelicæ legis veritatem revocavit; idemque de reliquis prophetici Vatis locis aperte declarat.

97.

97. De Pauli vero teſtimonio ſic loquitur ibidem num. 23. *Sed ſuſcipiendæ ab Unigenito Deo carnis, adeundæque mortis, & per Apoſtolum, & nunc per Prophetam grandior, profundiorque ratio tractatur. Ac primum quid in crucis ſacramento, atque mortis ab Unigenito Deo, Domino majeſtatis effectum ſit, per Apoſtolum intelligamus. Ait enim ita;* Et vos cum eſſetis mortui in peccatis corporis veſtri &c. (uſque ad illa, triumphans eos in ſemetipſo). *Sacramentum itaque ſalutis noſtræ primum reſurgens ipſe ex mortuis, decretumque mortis noſtræ, quo detinebamur, abſolvens in ſeipſo, qui ex mortuis æternus jam maneret, implevit. Sed in eo ipſo, quod nobis vitæ auctor in ſe eſt, dum per aſſumptionem corporis homo natus eſt, & mortuus, jam rurſus æternus ex mortuis eſt: omnes quoquo inimicas virtutes, mundique poteſtates, principeſque aeris hujus oſtentui reddidit, ideſt vel noſtræ ſpei, vel ſuæ damnationis fecit oſtenta, & ipſos quidem quaſi ex diis ſæculi, portenta conſtituit; his ipſis in ſe cum fiducia triumphatis, dum & per ſecuritatem æternitatis mors ipſa in Deo moriente fiducia eſt, & auctores mortis humanæ, dum etiam in ſeipſo per occupatum a Satana cor Judæ auctores ſunt mortis, triumphat ex mortuis.* Quis porro in hiſce Hilarii vocibus aliquid indicaverit, quo interclusus dicatur aditus fuiſſe piis Veter. Teſt. animabus, antequam Chriſtus pro nobis mortem oppeteret.

98. Tandem huc etiam pertinere arbitratur Feltrius, quod de morte a Chriſto devicta, profligatoque ejus aculeo paſſim habet Hilarius. Mortem quippe devincere; & mortis obtundere aculeum, nihil aliud deſignat apud Hilarium, quam ſublata carnis corruptione, immortalitatis participem fieri per glorioſam corporum reſurrectionem. Egregium hujuſce interpretationis teſtimonium occurrit tract. in pſalm. 118. Cit. num. 6. ubi ſignificaturus Hilarius beata illa tempora, quæ corporum reſtitutionem ſubſequentur in cælis, hanc adhibet loquendi formulam: *Aſt morte devicta, & aculeo ejus obtuſo, & cum facie ad faciem audiemus, & cernemus, tunc vere & vivemus, & mandata Dei ſervabimus.* Quod autem hæc de reſurrectionis tempore intellexerit, apertiſſime liquet tum ex verbis num. 3. *Habemus etiam nunc admixtam nobis materiem, quæ mortis legi, & peccati obnoxia eſt; & in hujus caducæ carnis, infirmæque domicilio corruptionis labem ex ejus conſortio mutuatur: ac niſi glorificato in naturam ſpiritus corpore vitæ veræ in nobis non poteſt eſſe natura.* Glorificari autem in naturam ſpiritus nequit corpus, niſi per reſtitutionem ad vitam immortalem: tum ex iis, quæ immediate ante præmittuntur: *Taceo de naturis corporum, quæ nos interim, aut per infirmitatem, aut per incentiva vitiorum imperfectos eſſe compellunt. At vero morte victa, & aculeo ejus obtuſo &c.* Si ergo *mors victa, &c. ejus aculeus obtuſus dicitur* ab Hilario, quatenus humana corpora per Dei Filium ſunt ad immortalitatem evecta; æ-

quo.

quo jure dicendum eas divinarum litterarum ſententias, quibus liberaſſe hominem de manu mortis Chriſtus aſſeritur, de morte eos redemiſſe, deſtruxiſſe mortem morte &c. eundem præſeferre ſenſum ex Hilario; ideſt non eas enunciari ob Divinitatis conſpectum, Chriſto ad inferna deſcendente, Sanctis Veteribus conceſſum; ſed ob redditam immortalitatem, quam primo hominis peccato perdideramus. Atque hanc ad interpretationem revocanda vult Adverſarius quæcumque a nobis proferuntur de mortis imperio a Chriſto ſuperato, devictoque, quorum ſingularis ab Hilario interpretatio tradita non eſt. Idque vel eo magis, quod in pſalm. 68. num. 14. mortem deſiiſſe ſcribit, poſtquam in Deo graſſata eſt, & ab hominum genere depulſam per primitias ex mortuis. Quomodo autem deſiit, mors, cum omnes e corpore debeamus evadere? Deſiit, inquam, quia reſurgendum nobis eſt, & mortale hoc induere debet immortalitatem, corruptibile hoc incorruptionem. Habes ergo & poſitivis confectum argumentis, & negantibus, Hilarii ſententiam de piorum ſtatu ante Chriſti mortem eam revera fuiſſe, quæ piis illis feliciſſimum Dei adſpectum donatum vult, eoſque in jucundiſſimam Divinæ eſſentiæ, ac pulchritudinis receptos poſſeſſionem.

99. Ex Sacræ Scripturæ auctoritatibus in hac objectione commendatis colligere nos Sanctos Veteris Teſt. in Dei conſpectum non veniſſe, niſi poſt Chriſti adventum, ejuſque obitum, tam verum eſt, quamquod maxime: at nos ex illis id æque non evincimus, ſed diverſimode. Nam ex Regii Vatis, & Apoſtoli Pauli locis probabiliter tantum, cum non in eumdem ſenſum, ſed a Patribus, Interpretibuſque Scripturarum Sacrarum ea varie uſurpentur, ſi quidem ipſorum aliqui de converſione Gentium ad fidem, aut de triumpho, quem de peccatis hominum Chriſtus ſua morte reportavit, aliqui vero, & fortaſſe major illorum pars, de beatitudine Sanctis antiquæ legis tunc primum conlata ea accipiunt: ex locis vero Oſeæ, & Zachariæ id certo, ac invicte demonſtramus, cum ab Univerſa Eccleſia, cui in explicatione Scripturarum nefas eſt refragari, a Patribus, Interpretibuſque Catholicis, qui ſuis Commentariis loca illa illuſtrarunt, de donatione cœleſtis gloriæ a Chriſto moriente veteribus Juſtis præſtita hæc intelligantur, quemadmodum in notis ad 3. Epiſtolam confecimus. Quapropter cum aliam horumce locorum ex Hilario notionem non afferat Adverſarius nec afferre poſſit, quandoquidem ne illorum quidem mentionem Hilarium facere conſtat ex Indice textuum S. Scripturæ in fine Operum S. Doctoris, quibus ipſe utitur, fit proinde ſuo argumento Feltrium quidem concludere Pauli, & Davidis teſtimonia ſumpta non fuiſſe ab Hilario in ſenſu Aſſertorum communis ſententiæ, quod ultro concedimus: non autem probare poſſe, in ea Hilarium fuiſſe ſententia, ut Patriarchis, & Prophetis ſtatim poſt mortem ſempiterna felicitas tribueretur.

100.

144



100. Ad id, quod additur, reſpondeo, in teſtimonio ex pſal. 118. num. 6. non loqui Hilarium de carnis immortalitate, ac finali corporum reſurrectione: id enim ſi negas, fac illum eo loci de hac reſurrectione ſermonem habere; cum dicat S. Doctor nonniſi *victa morte, & aculeo ejus obtuſo, & cum facie ad faciem audiemus, & cernemus* nos vere non poſſe vivere, conſectarium proinde erit, utrumque ex Hilario requiri, nempe carnis immortalitatem, & contemplationem Dei facie ad faciem, ut veram vitam habere poſſimus. Sed immortalitas in exitu ſæculorum dumtaxat concedetur. Ergo tunc etiam conferetur facialis Dei viſio. Quaproter cum beatitudo in hac viſione conſiſtat ſecundum illud Joan. 14. 6. *Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te Deum, &, quem miſiſti, Jeſum Chriſtum*; ſponte ſua fluit, Hilarium ſenſiſſe Sanctis etiam hujus Teſtamenti cœleſtem gloriam non tribui, niſi poſt univerſale judicium. Hoc autem ab animo S. Doctoris penitus abhorret. Loco igitur laudato mens illius eſt nos in hoc ſæculo perfecte præcepta ſervare non poſſe, ſed ea ſolutis corporum noſtrorum vinculis, quod fit per mortis devictionem, & aculei ejus obtuſionem, nos ita cuſtodituros eſſe. Id porro verba, quæ immediate præmiſerat, aperte ſuadent: en illa: *Cuſtodiuntur* (præcepta Dei) *interim ſecundum Apoſtolum Paulum pro parte, & per ſpeculum. Sunt enim multa ſeculi ſcandala, quæ prohibent perfectam in nobis mandatorum eſſe cuſtodiam. Taceo de naturis corporum, quæ nos interim, aut per infirmitatem, aut per incentiva vitiorum imperfectos eſſe compellunt.* Deinde ſubdit: *At vero morte victa, & aculeo ejus obtuſo, & cum* &c. Quocirca per mortis victoriam, & aculei ejus obtuſionem, non jam finalem corporum ad vitam reſtitutionem, ſed triumphum de corporum infirmitate, ac incentivis vitiorum; quæ ex illis in hac vita nobis proveniunt, hoc loci Hilarius ſignificat; ita ut verborum, quæ nobis objiciuntur, ſit ſenſus, cum animæ noſtræ corporibus fuerint exutæ; & cum facie ad faciem Deum videbimus, quod ſtatim a morte nobis modo continget, ſi perfecte mundi, ac purgati hinc exeamus, tunc nos veram vitam habituros, integreque ſervaturos nos eſſe Dei mandata, ac præcepta. Nec mirum ſi corpus hoc mortale, infirmum; ad vitia nos pertrahens repugnans legi mentis noſtræ; eamque captivans in legem peccati mors ab Hilario dicatur; quandoquidem hoc didicerat ab Apoſtolo exclamante: *Quis me liberabit de corpore mortis hujus.* Audis corpus ab Apoſtolo mortem appellari? Immerito igitur ex hoc teſtimonio colligere ſe poſſe arbitratur Feltrius, mortem devincere, & mortis aculeum obtundere nihil aliud indigitare apud Hilarium, quam; ſublata carnis corruptione, immortalitatis participem fieri per glorioſam corporum reſurrectionem.

101. Numero 3. loquitur S. Epiſcopus de finali corporum ad vitam reſtitutione: at ex hoc teſtimonio inferre nequit Adverſarius, S. Doctorem, cum n. 6. ſcribit, *At victa morte, & aculeo ejus obtuſo*

*tuſo* &c. ad eandem reſurrectionem animum intendiſſe; ut enim ex parag. præced. liquet manifeſte, huic interpretationi obſtat contextus ejuſdem 6. num. a nobis ibidem adductus, ex quo intelligimus per mortis devictionem, & aculeum ejus obtuſum carnis diſſolutionem, corporeorumque vinculorum depoſitionem eo loci Hilarium innuere voluiſſe.

102. Supereſt ergo, ut pauca dicamus de teſtimonio ex libr. XI. de Trinit. n. 35. quod Feltrius parag. 57. nobis opponit. Noviſſime de victa eſt ab eo mors. *Devictio autem mortis nihil aliud, quam reſurrectio ex mortuis eſt: cum interitus corruptione ceſſante, vivæ jam, cæleſtiſque naturæ conſtituatur æternitas, ſecundum quod dictum eſt:* Oportet enim corruptivum iſtud induere incorruptionem, & mortale iſtud &c. *In ſubjectione igitur inimicorum mors vincitur, & morte victa immortalitatis vita ſuccedit.* Ex quo Vir hercle Eruditus concludit, non eo ſenſu peremptam ab Hilario dici mortem, qui ſignificet, Patres, & Juſtos quoslibet in infernis diverſantes ex privatione divini adſpectus ad beatitudinis gaudia fuiſſe translatos, ſed qui innuat, reſurrectionis beneficium nobis comparaſſe Chriſtum.

103. At quidquid dicat Adverſarius, per mortis devictionem non carnis immortalitatem, reſurgendique munus, ſed converſionem Judæorum ad fidem, qui in exitu ſæculorum futuri ſunt, hoc loci Hilarius intelligit. Hoc autem conſtabit aperte, ſi locus iſte diligentius examinetur: cum enim primum ſcripſiſſet Doctiſs. Pictavorum Magiſter, *Devictio mortis nihil aliud, quam reſurrectio ex mortuis eſt*; paucis interjectis ſubdit, *in ſubjectione igitur inimicorum mors vincitur, & morte devicta immortalitatis vita ſuccedit*. Quinam ſint hi inimici declarat ipſe num. præced. ait enim eſſe Judæos, qui in mundi termino fidem amplectentur, ut cuique præfatum numerum legenti compertum fiet. Hujus itaque loci ſenſus eſt, *in ſubjectione inimicorum*, ideſt in converſione Judæorum *mors vincitur & morte devicta*, hoc eſt, hac converſione peracta, & per ipſam debellata Hebræorum cæcitate, perfidia, ac duritie *immortalitatis vita ſuccedit*, hoc eſt, erit mundi finis, erit univerſale judicium, erit temporis terminus, erit demum corporum reſurrectio, & carnis immortalitas: idque Apoſtoli auctoritate confirmatur. Jam vero initio hujus teſtimonii mortis devictionem cum reſurrectione ex mortuis conjungit S. Epiſcopus, quia ſtatim, aut certe paullo poſt decantatam converſionem orbis occaſus, & mortuorum reſurrectio perficietur. A mente igitur S. Doctoris omnino abhorret, mortem devincere, & mortis obtundere aculeum nihil aliud deſignare apud ipſum, quam ſublata carnis corruptione immortalitatis participem fieri per glorioſam corporum reſurrectionem.

104. Quod autem hæ phraſes eum apud Hilarium ſenſum habeant, qui ſignificet, Patres, ac Juſtos omnes in inferis diverſantes

ex privatione divini adſpectus ad beatitudinis gaudia fuiſſe translatos ex his perſpirue colligitur, quæ parag. 24. a nobis dicta ſunt. Mortis itaque deviſtio, & aculei ejus obtuſio, etſi vagum apud Hilarium nomen ſit, nam modo converſionem Judæorum ad fidem, qui extremis mundi temporibus vitam agent, modo carceris corporei diſſolutionem, coliationem beatificæ viſionis modo indigitat, nunquam tamen apud ipſum glorioſam corporum reſurrectionem indigitat.

105. Eodem plane modo intelligenda ſunt reliqua Hilarii teſtimonia, quæ dumtaxat Feltrius indicat. Mortem quippe deſiiſse ſcribit S. Doctor, poſteaquam in Deo graſsata eſt, eamque ab hominum genete depullam, quia per mortem, quam Chriſtus in ſuo corpore tulit, ſublatum fuit ab hominum genere impedimentum, quod ipſum prohibebat, ne ſtatim poſt mortem beatificam viſionem conſequeretur: *Cum mors*, inquit, *poſtquam in Deo eſſet graſſata, deſineret; cum lex peccati, quæ in carne noſtra eſt, tolleretur.... cum in paſſione Unigeniti Dei omnium ante conſtitutionem mundi cauſarum, & originum conſummaretur effectus; principem ſæculi judicando, hominem ex peccati lege redimendo.... Omnia autem hæc virtus reſurrectionis implevit: quia per primitias ex mortuis ab hominum genere morte depulſa, in auctores mortis æternæ mortis pęna decreta eſt*. Atqui, poſtquam mors in Deo graſſata fuit, mors corporalis non deſiit, nec ab hominum genere fuit depulſa, cum nihilominus quilibet homo moriatur. Non ergo de hac morte hic loquitur Hilarius, ſed de morte a beatifica viſione repellente, quomodo phraſes illæ, *cum lex peccati, quæ in carne eſt, tolleretur, hominem ex peccati lege redimendo* &c. perſpicue declarant, quæ in Chriſti morte originalis peccati pœnam ſublatam fuiſse ſignificant, quæ nedum in morte corporis, verum etiam, & quidem præcipue, in privatione divinæ contemplationis facie ad ſaciem conſiſtit. Quapropter mirari ſatis non valeo Adverſarii fidentiam tam libere aſſerentis eas divinarum litterarum ſententias, quibus liberaſſe homines de manu mortis Chriſtus aſseritur, de morte eos redemiſse, deſtruxiſse morte mortem &c. ſignificare ex Hilario humana corpora ſuiſse per Dei Filium ad immortalitatem evecta, non autem eas enunciari ob Divinitatis conſpectum, Chriſto ad Inferos deſcendente, Sanctis Veteribus conceſsam: atque hanc ad interpretationem revocanda eſse quæcumque a nobis proferuntur de mortis imperio a Chriſto ſuperato, quorum ſingularis ab Hilario interpretatio tradita non eſt, cum ex dictis oppoſitum nitide appareat. Quæ cum ita ſint, nec poſitivis argumentis, nec negantibus a Feltrio demonſtratum eſt Hilarii ſententiam de piorum ſtatu ante Chriſti mortem eam revera fuiſse, quæ piis illis feliciſſimum Dei adſpectum donatum vult, eoſque jucundiſſimam Divinæ eſsentiæ, ac pulchritudinis receptos poſseſſionem.

FINIS.

Digitized by Google